This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Rc:
1784

Dodd

Hert



MUSÆ
BRITANNICÆ,

È Poëmatis varii Argumenti,

VEL

Hactenus Ineditis, vel Sparſim Editis & Rariſſimis, conſtantes.

LONDINI:

Impenſis *E. Curll*, ad Inſigne *Horologii* & *Bibliorum*, & *E. Sanger*, ad Portam *Medii Templi*, in Vico vulgo vocato *Fleet-ſtreet*. MDCCXI.

TABULA.

NUndinæ Sturbrigienſes, *Anno* 1702. Page 1
Non dantur Ideæ Innatæ, 13
Rationes Boni & Mali *ſunt Eternæ & Immutabiles, Authore* T. Hill, *Coll. S.* Trin. *Soc.* 15
Tunbrigialia, *Authore* P. Cauſton, 17
Incendium Palatinum. *Pridie Nonas* Januarias, (*ſc. Die* 4.) 1697. *Authore* T. Brockwell, 29
Muſica Incantans, *ſive Poema exprimens Muſicæ Vires, Juvenem in Inſaniam adigentis, & Muſici inde Periculum. Authore* Ro. South, *A. B. ex Æde Chriſti*, 1667. 14
Olivario Cromwellio, *in Fœdera inter Rempub.* Britannicam *& Ordines Fœderatos Belgii Stabilita*, 1654. 58
ODE, *ad Henricum St. John, Armig. Authore* J. Philips, 60
Ad PHYLLIDA. *Per nuperum Comitem* Roffenſem, 64
Muſcipula, ſive ΚΑΜΒΡΟΜΥΟΜΑΧΙΑ. *Authore* E. Holdſworth, *Coll. Magd.* Oxon. 65

TABULA.

Tentamen de Arte Poetica. Authore Comite de Mulgrave, *Regis nuper* Jacobi *II. Hoſpitii Regis Camerario Magno, à Secretioribus Conſiliis, &c. Exinde Marchione* Normanbiæ, *Ducíſque* Buckinghamiæ, Pag. 81
Ex Anglico Latinè redditum, per J. N. *M. A.*

ADVERTISEMENT.

Lately Printed on an Elzevir *Letter, in a neat Pocket Volume, a new Edition of*

TITI Petronii Arbitri (Equitis Romani) Satyricon: cum Fragmentis Albæ Græcæ Recuperatis, Anno 1688. nunc demum integrum. Impenſis E. Curll. Pret. 1 *s.* 6 *d.*

NUNDI-

NUNDINÆ STURBRIGIENSES.

Anno, 1702.

Authore T. HILL, *Coll. S. Trin. Soc.*

EDITIO SECUNDA.

NUNDINÆ STURBRIGIENSES.

Expoſitas latè Cami prope flumina merces,
Divitiaſque loci, vicoſque hominumque labores,
Sparſaque per virides paſſim magalia campos,
Atlantis dic magne nepos, quem candida fertur
Cyllenes gelido peperiſſe in vertice Maja;
Tu Deus ingenii, lucri tu diceris idem:
Te matutinis precibus mercator adorat
Anxius, innumeraſque recenſens ordine gazas,
Grande tibi Pario ſpondet de marmore ſignum,
Si bonus annueris, multuſque advenerit emptor,
Si pellis fures, nec quicquam ſurripis ipſe:
Ergo ades, & fidâ duc me per ſingula dextrâ.

Eſt in conſpectu *Grantæ*, notiſſima famâ
Urbs, opulenta olim, Papæ dum regna manebant,
Et ſervile jugum; Domus hic fundata vetuſtâ
Relligione ſtetit: ſanctæ tenuere Sorores;

Noſtra ah temporibus quantum mutantur ab illis!
Nunc ſolum tantæ fas eſt operoſa videre
Fundamenta Domûs, & non ſine laude ruinas:
Sanctarum at remanent veſtigia nulla Sororum.

Incipit ex illo notos *Sturbrigia* campos
Oſtentare procul: (vocis quænam hujus origo,
Quam patriam agnoſcat, *Britonáſne* an *Saxonas* inter
Nata ſit, an *Danos* potius velit illa parentes,
Quærere diſtulimus; —— *nec fas eſt omnia ſcire,*)
Quam ſimul aſpicias, totam huc migrâſſe putares
Sedibus avulſam, quam *Thamiſis* alluit, urbem.

At, prius optati quam ſiſteris æquore campi,
Pauca docendus eris; paucis, adverte, docebo.
Quiſquis es, ô igitur moneo, dum Sirius ardet,
Pulvereaſque ciet tempeſtas plurima nubes,
Si tantum paucos, iterumque iterumque rogando,
Extorquere aſſes potes a cuſtode ſevero,
Ire Pedes noli; longum eſt iter, & tibi rhedam,
Quâ vectere, bonam ſolidi pars quarta parabit.
Non tamen hâc ratione velim te ſcandere currum,
Quâ Corydon noſtram, qui nuper miſſus in Urbem,
Viderat haud unquam rhedam, niſi quâ pater olim
Et fœnum, Cereremque domum portare ſolebat.
Artificis miratur opus, fabricamque, rotaſque,
Axemque, & quid non? ſedet ille, inſuetaque vultu
Gaudia teſtatur, nec jam tibi, Phœbe, caballos

Invidet

Invidet ille tuos, licet ipſum ſæpe Magiſter
(*Naſonis* quondam legeret cum dulce poëma)
Multa Phlegonte ſuper, ſuper & Pyroënte doceret.

Præterea eſt operæ pretium, nec parva voluptas
Audire Aurigas convitia mutua dantes;
'Hùc, Domine, unus ait, bijugi mihi namque parati
'Expectant virgæ monitum. —— Solertior alter
Clamantis prævertit equos, & ſede relictâ
Defluit in terram pernix, & talibus infit,
(Oſtia dum pandit, mollitque ſedilia dextrâ)
'Ne quæſo, ne crede iſti: mendacior alter
'Non eſt; nam, quamvis ſe dixerit eſſe paratum,
'Ingrediare modò, fallet, cogetque ſedere
'Invitum, nectetque moras, pluresque manebit;
'Te contentus Ego. —— Quid non facundia poſſit!
Ille quidem ſuaſit, penituſque intraverat unus
Pes currum, primoque in limine pendulus hœſi;
Non tulit hoc alter, plenus ſed deſilit irâ
Torva tuens, ceu ſæpe canis, ſiquando voracem,
Dentibus infrendens albis, meditetur in hoſtem
Horrida bella, velitque abreptam ulciſcier eſcam.
Pone venit tacitus, colaphumque infringit; at ille,
(Senſit enim) pariter reſpondet, & ictibus ictus
Ingeminat: quanto, proh Divi, utrinque fragore
Inſonuere genæ, gemitumque dedere crepantes!
Extemplò coëunt vulgus, ſtudiiſque repente
Scinduntur variis; partes, prout cuique libido eſt,

Accipi-

Accipiuntque ſuas, & dant ſolantia dicta,
Dum ſavet aurigæ huic alter, favet alter & illi.
‘ Tolle caput, ſolidoque magis confide cerebro
Dixerat Hic: aſt Adverſarius —‘ Ilia ſubter
‘ Pugnos ingere nunc, animamque huic excute totam.
Talibus inter ſe monitis hortantur amicum
Quiſque ſuum, donec tandem civilis Enyo
Bacchari cœpit jam latiùs, undique ſerpit
Dira lues, pugnam ornat quiſque, legitque virum vir.
Tum verò avulſos, auræ ludibria crines
Cernere erat, largoſque cruoris currere rivos.
Hìc Ego (nam nec me famâ labor Iſthmius unquam
Clarabit pugilem, nec ſunt ea prœlia cordi,)
Dum neſciret adhuc cui det Victoria laurum,
Et dubiis nunc huc nunc illuc tenderet alis,
Pugnantes de me linquo, currumque propinquum
Scando citus, campoſque peto, celebreſque tabernas.
Quò ſimulac ventum, nummo de more ſoluto,
Dimitto Automedonta meum, vicoſque per omnes
Erro vagus, quocunque pedes, animuſque ferebant;
Et modo per denſus ſaccorum ducor acervos,
Difficilis modo fit per olentes ſemita piſces;
Nunc obſtant carpenta viæ, nunc tardat euntem
Turba frequens hominum, laſſas jam verberat aures
Raucus clamor anûs, vendentis poma, nuceſque:
‘ Elige, quæ mavis, ſunt optima poma, nuceſque.

Parte aliâ, buccas inflatus turpiter ambas,
Stat tubicen, populumque vocat, mirac'laque pandit.

‘ Hic

'Hic Elephas, hic ille, inquit, *Getulia* qualem
'Non vidit, cujus conſcendere nobile dorſum,
'Si foret in terris, optaverit *Hannibal* ipſe;
'Denos ille homines, ingentia pondera, tergo,
'Aure utrâque duos, totidemque proboſcide geſtat;
'Reginæ nomen ſi tantum audiverit *ANNÆ*,
'Gaudet & egregium placido ore fatetur amorem.
'At *Turca*, & *Turcâ Lodoix* immanior, iras
'Accendunt cordi, furiataque pectora verſant.

Progreſſum ulteriùs me parvula charta, legendam
Feſtivus quam præbet homuncio, ſiſtit, at illa
Spirantis miranda refert ſpectacula ceræ.
Illic defuncti circum regale *Wilhelmi*
Stant comites buſtum, dominumque queruntur ademptum.
At tu, ſpectator, ſocias ne reſpue guttas
Miſcere, extremum meriti vectigal honoris.
Parte aliâ ingreditur, plauſûque accepta ſecundo
Imperium *Anna* capit, ſoliumque aſcendit avitum.
Stat ſimul *Eugenius*, palmam cui bella recentem
Æternaſque parat felix victoria laudes.
Horrida ſed *Puer Hiſpanus* non ſuſtinet ora,
Et quærit latebras, & currere velle videtur.

Quò tamen uſque inter pomæria ſola vagamur?
Actum quippe nihil, mediam niſi protinus urbem
Viſimus, inque ipsâ veſtigia pono Suburrâ.
Hìc autem, quod cunque ingenti cernitur orbe,
Pulchra tibi præſtant compendia, ſive tabernas
Diverſas, hominum ſeu contemplabere mores.

Qualis

Qualis ubi pulſis procul æſtas aurea nimbis
Ridet, & ad notos, redolentia pabula, flores
Hybleas invitat apes, pars roſcida circum
Prata volant, referuntque thymo turgentia crura:
Condere pars latebras, pulchriſque liquentia mella
Certatim ſtipare favis, opus acriter urget
Quæque datum, reſonant cellæque & cerea regna;
Haud ſecùs exercet ſeſe per compita vulgus
Mercuriale, inſtant operi, quò quemque parandi
Dulce vocat ſtudium, diverſaque cura negotî.
Tum merces culpare emptor, laudare paratus
Venditor, inſidiaſque, alternaque retia tendunt.
Cum lucro, quodcunque poteſt, mercarier alter,
Alter vendere avet, cautuſque & providus audit,
Si male prudentem quis fallere poſſit amicum.

‘ Novi ego, dicebat quidam, (ſimul explicat omnes,
Quotquot habet, verſatq; manu, quamq; ordine, merces)
‘ Quàm ſoleant omnes proprias res tollere, contrà
‘ Deprimere alterius, ſed ſic mihi proſpera cuncta
‘ Cedant, ut non his meliores mercibus uſquam
‘ Invenies, quamvis cunctas ſcrutere tabernas.
‘ Nec ſum ex illorum numero, qui plus ſemel huc ſe
‘ Haud conferre audent, mercatorve unius anni:
‘ Nam quoties hoc tempus adeſt, haud ſegnius & nos
‘ Adſumus, ut jam non redeat conſtantior annus.
‘ Omnes me nôrunt; decimus *September* habetur,
‘ Ex quo me vidit vicinia tota morantem

‘ Hâc

' Hâc ipſâ ſtatione,——loqui jam plura volenti,
' Nil equidem hæc habeo contra quod dicere poſſum,
' (Emptor reſpondet,) pretium ſed diſplicet——'Eia!
' Siqua fides, ago jam tecum, quo, ſi pater eſſes,
' Tecum agerem pacto, fraterve, (nec ille profectò
Mentitur; fratrem fraudare, patremque paratus.)
' ——Hæc aliis narra, nam nos non credimus: An tu
' Nil unquam me emiſſe putas? Quid denique prodeſt
' Quod ſit mercatura quotannis, vendere merces
' Si pluris non *Granta* ſolet? proinde accipe, ſi vis,
' Quod dixi, pretium.— Poſſem modo, at hæcce minoris
' Auferet à me nemo, fores ego claudere certè
' Prætulerim, vacuâque domum migrare crumenâ.
' Ut libet, & valeas—Et tu.— Vix protulit unum
Ille pedem, vocat hic abeuntem & talia fatur.
' Dure nimis cur ah prohibes me vivere? verùm,
' Quando ita vis, numera nummos, & quod petis aufer.
' Spero loci poſthac quod non eris immemor hujus,
' Quandocunque opus eſt, venieſque benignior olim.
' Scit cœlum, ſcis ipſe, licet non ſcire fateris,
' Quam mihi nil ex hoc poſſit contingere lucri.

His reliqua inter ſeſe agitat commercia turba
Fraudibus; è cunctis cognoſcere ſufficit unum.

Jam verò deflecte oculos, paulumque togata
Turba vide quid agat, namque hic verſantur & ipſi,
Quorum pulvereo verruntur Syrmate vici.

Æris egens ſiquis, (qualem perſæpe fuiſſe
Me non diffiteor, neque enim me inopem miſerumque
Si Fortuna tulit, vanum tulit atque ſuperbum.)
Hùc illuc errare, oculoſque per omnia circum
Ferre avidos amat, atque animum oblectare tuendo.
(Ah miſeras plantas, dominus queis contigit iſte!)
Nil agit infelix, nec, quod ſperavit, habebit.
Tantùm inter denſas, ſpectacula ſplendida gazas
Ambulat indefeſſus, ibi ſuſpirat, & eheu!
Cur tantùm arridetis ait? vel cur ego pauper,
Cùm tantùm arridetis? —— inanibus indulgere
Nil refert votis, nec adeſt clamata Pecunia;
Obſtant fata, malique ira implacabilis aſtri.

Sunt, quibus unum opus eſt, ubi fervet plurima turba
Criſpatos ferro crines, myrrhâque madentes
Oſtentare; ſatis nempe hi feciſſe videntur,
Si placeant vulgo, nymphæve morentur ocellos.

Eſt quoque, quem præceps juvet alea, cernere talos
Currentes gaudet, ſonitumque audire fritilli.
Ah fuge damnoſos jactus, fuge cautus avara
Tecta procul, nam ni flavo tibi virga metallo
Pullulet, auratâque fluat Pactolus in arcâ,
Heu! fruſtrâ amiſſos flebis cum tempore Nummos.
Illc igitur ſolus vellem huc deſcendat, abundè
Æris cui, cerebrique parum eſt, cui craſſa Minerva
Blanditur, ſortemque jubet ſperare faventem.

Huic

Huic etenim, infanti quondam, chariſſima mater
Pingue caput mulcens, macte, ô mi parvule, dixit,
Macte puer, nam ſi quid anus, ſi quid ſacra veri
Vox habeat, multos non illaudata per annos,
Fortunatus eris. ——

E regione domus trabibus contexta ſalignis
Cernitur, ignavis ſedes laſſiſque viarum
Opportuna ſatis: ſpatioſas poſſidet ædes
Graius homo (ut perhibent) quocum certare nec audet
Pindarus hic noſter, ſordetque *Bateſius* ipſe:
(*Dorothea* una novo rivali cedere neſcit:
Dorothea, ingenio pollens, & mille placendi
Artibus, & cuncti gnara & ſtudioſa palati.)
Non illo quiſquam fragrantem fundere Team
Scit melius, dulcemve molâ verſare Cocoam.
Hanc, anguſta obſtat ſi res majoribus auſis,
Ne dubites intrare caſam, tibi ſcilicet auro
Non opus eſt ullo, nec copia quæritur illic;
Sed bene ſecurum reddent te quatuor Aſſes:
Hos modo fer tecum, te non felicior alter
Tecta ſubit, nulli plures ſolvuntur honores;
Omnibus unus honos, & ſedes omnibus una,
Defunctas Orcus non accipit æquior Umbras.
Hic quodcunque novum Auſoniis molitur in oris
Eugenius, legitur: miſeros ſeu fallere Gallos
Fraude velit, bello ſeu credere malit aperto;
Seu virtus ſit, ſive dolus, mirandus utroque.

Victrices, en! cerno aquilas, atque omina lætus
Accipio, haud illæ fruſtrà per nubila pennas
Exercent, ſolum aſſuetæ portare Tonantem.
Sed neque quid noſtræ valeant audire phalanges
Te pigeat, ſunt & nobis pugnare parata
Pectora, difficilemque haud averſantia Martem.
Quid non *Churchilii* dextrâ ſperare licebit
Auſpiciiſque *Annæ*? Gallorum *Flandria* Strage,
Creſſiacique iterum ſpumabunt ſanguine campi.
Ite alacres igitur quæcunque in prælia, fortes
Ite Animæ, Superi pro vobis arma capeſſunt
Omnes, inque ipſum ſua ſtant perjuria Gallum.
Forte quid *Ormondus* faciat, quâ claſſis arenâ
(Illa catenati claſſis regina profundi)
Vela legat ſinuoſa & opimas terreat oras,
Pagina narrabit verax, ſed ne tamen illi
Tu pius intereà felicem parce vovere
In Patriam reditum, & partas ſine ſanguine lauros.
Compedibus duris inimicas vinciat auras
Æolus, & tutæ pateant remeantibus undæ.
O ſi, quod vellem, poſſem quoque; me neque vates
Andinus caneret meliùs, nec cederet Heros
Heroi Iliaco, bello & pietate, Britannus.
Juſtior has quanquam partes, famamque Patroni
Arriperet *Rhedycina*, Deus cui dulcia dudum
Pocula, Caſtalioſque indulſit amicior hauſtus.
Atque Ego, ſi faciles riſiſſent forte Camænæ,
Nobilius molirer opus; Tu *Granta*, beata

Audires,

Audires, Tu *Granta*, duo cui lumina præbet
Seymoriana domus, nec enim mihi dicere fas eſt
Patre magis natone tumes, dum fortiter arces
Alter Palladias tibi protegit, ornat & alter.
I decus, I noſtrum; ſic, cum longæva ſenectus
Communem abripuit nobiſque tibique parentem,
Reſtet adhuc, cui mox Academia deferet ultrò
Maturos faſces, nec ſeſe ſentiat orbam.
Quo vehor? Icariis auſus me credere pennis,
Ah! demens, onerique impar ſub mole fatiſco.
Ulterius vetuere Deæ, & jam Cynthius aurem
Vellens, inceptum repetam jubet argumentum.

Haud procul hinc turris, nubes quæ mole ſuperbâ
Pulſat, ubi dulceſque lyræ fidiúmque ſonora
Arrectas plebis concordia detinet aures.
Clauſas denſa fores circumſtat turba, ſtupetque,
Miraturque ſonos, & tinnula comprobat Æra;
Hic aliquis viſus ſociis feſtivior, (illi
Andrea cognomen; quis barbarus iſte rudiſve
Uſque adeo vivit, cui non eſt *Andrea* notus?)
Ut multos intro invitet, faciatque lacellum,
Ante fores ſublimis adeſt; hunc pileus ornat
Verſicolor, pictis & floribus æmula veſtis:
Tam pulchram non, Iri, geris, licet induat ipſe
Veſtimenta tibi Deus, & ſit ſartor Apollo.
Hic ſtultum ſimulat, gaudetque jocoſus haberi,
Sed non & ſimulâſſe ſatis; vult namque videri

Stultus,

Stultus, & eſt. Querno quem nitens fuſte colonus
Suſpicit, inque hilares ſolvit dura ora cachinnos.
Ah! ne te intrandi capiat tam dira cupido,
Nec tantum mirare melos, Rhodopeia quamvis
Plectra rediſſe putes, fabricataque ſtamina Thebas.

Eſt homo, qui incedit nigrâ comitante Catervâ.
Cui Baculum inſigne officii, quo pellere turbam
Obſtantem, valeatque fores effringere clauſas.
Non tam Myrmidonum turbâ ſtipatus Achilles
Trojanos terrere duces, pavidoſque ſolebat
Sectari Phrygas, immenſumque fugare per Æquor.
Hunc, Juvenes, vitate virum, comiteſque nefandos;
Præcipuè ſi quem decorabit *Purpura* nota,
Purpura nota nimis: fruſtrà effugiſſe ſeveri
Cenſoris ficto moliris nomine mulctam;
Index veſtis erit, manifeſtabitque latentem.
Tunc tibi tempus erit, magno cum optaveris emptum
Intactum limen, cum tympana rauca meloſque
Oderis, & monitus ſerò experiêre fideles.

Hoc ego conſilium diſcedens linquo manenti;
Nam me, pertæſum turbæ, magnique laboris,
Et Phœbi ductum exemplo, qui feſſus & æger
Rhedâ præcipitem fugiente relinquit Olympum,
Ad *Grantam* revehit currus proprioſque Penates:
Hic Auriga ſuos, hic ſiſtit Muſa caballos.

Non Dantur

IDEÆ INNATÆ.

HÆC unde rerum tanta ſcientia
Quâ Mens ſuperbit? Scilicet Artifex
Impreſſit æternus tenaci à
Principio ſua ſigna ceræ?

Hinc illa dives, quam tibi vendicas
Intùs, ſupellex; hinc bona copia?
Hoc fonte derivata, felix
Jugis aquæ tibi vena manat?

Erras: nec arvum, nî labor improbus
Et vomer adſit, meſſibus horrea
Implebit optantis coloni
Triticeis Cereriſque dono.

Neglecta ſqualet, nec ſterilis minùs
Humana Mens eſt; ſemina nî ſua
Jactaret Uſus, nî labore
Fingeret aſſiduòque cultu.

Potanda aventi porrigit ubera
Fœcunda nutrix, Experientia;
Hinc robur, hinc labente ſurgit
Tempore conſpicienda moles:

Tabella, cunctis nuda coloribus,
Qualis videtur: nil animum movet,
Quanquam figuras ſuſtinere
Mille potens, Opifex priuſquàm

Succoſque prudens & calamum paret:
Tum demùm amœnus verticis aſperi
Proſpectus, apparetque ſuprà
Capripedum Dryadùmque luſus.

Aut quale fuſcâ Marmor in Africæ
Solo reciſum, ſumere idoneum
Quoſcunque vultus, ſeu Diana
Seu Cytherea magis placebit:

Informis, ater, ſub pedibus jacet,
Donec politus Phidiacâ manu
Formoſa tandem deſtinatæ
Induitur Lapis ora Divæ.

Jam jàmque ponit duritiem placens,
Et nunc ocelli, & gratia mollium
Spirat genarum, nunc labella &

FINIS.

RATIONES
BONI & MALI
SUNT
Eternæ & Immutabiles.

TU, quicunque ſimul confundis Fáſque Nefáſque,
Virtutémque nihil cenſes, niſi Nomen inane,
Ni contrà Leges & Conſuetudo valerent:
Siquis forte Tibi, pleno cum Sol nitet orbe,
Jamque dies medius cœlo ſpectabilis alto eſt,
Eſſe diem medium, Solemque nitere negaret;
Nonne hominem egregiè demirareris ineptum,
Et prorsùs mente hunc, vel fronte carere putares?
Ipſe quid? en! Vitii, fortis Patronus & acer,
Cauſam agis; an ſanum credis Te, animóque valentem?

Quàm ridenda tuos benè pingit fabula mores!
Qui, ſi de propriis perdas quid vivè dolóve,
Protinus exclamas, & juras, ut tuus eſt mos:
Nîlne Dei curant mortalia? Fulmina ceſſant
Cur, tam formidata, & vindex flamma Tonantis?
Jam virtus non Umbra Tibi eſt, jam Fáſque Nefáſque
Sunt aliquid, cœleſti agnoſcis origine nata.
At violata fides ſi Te ditaverit auro,
Tum Superumque minas, & bruta Tonitrua ſpernis,
Sub pedibúſque jacent leges, & vincula Sacra.

Nequicquam: namque haud Virtus mutabilis auræ
Arbitrio popularis, honore orbabitur æquo.
Ante etenim verſus cedet color ater in album,
Ante diem Luna efficiet, Phœbúſque tenebras,
Quàm Diva exciderit Solio, quo fixa per omne
Perſtitit, & perſtabit in omne immobilis ævum.



TUNBRI-

Tunbrigialia.

PRime Poëtarum, præclarâ gente *FRO-HOCKA*
E dite, major *avis*, nobis data veſtra fuêre
T *unbrigiæ* ad Fontem miranda Poë-mata, necnon
R eplêrunt vacuam ſummâ dulcedine Mentem;
V erum conanti condigna rependere, non mî
S ufficiunt, eheu! vires: (quid enim irrita tardo
C um Genio Doctrina poteſt?) non divite venâ
A dverſans *Natura* beat; non *Muſa* frequenti
U oto ſolicitata favet; tum mitior adſit
S i nobis, haud digna queam: tamen uſque refectus
T anti fontis aquis iterum tentabo, Voluntas,
O bſecro, quæ deſunt, veſtra in me ſuppleat æqua;
N ec malè tornatum contemnat Carmen Amici.

Quidnam agimus rogitas; quânam fulti arte jocoſi
Ac hilares tempus conſumimus; improba Mentem
Num Cura invâdat; tueamur Corpora, dirum
Triſtitiæ Virus pellamus; quomodo chara

D Et

Et Domus, & Conjux, & Nata, & Filius abſens
Non Animum turbent, quæſitaque gaudia rumpant?
Tu tandem Fautrix adſis mihi *Muſa* canenti,
Deſque hæc ut valeam jucundo dicere verſu.
Mox ubi grata quies laſſos reparaverit artus,
Et triſti pulsâ caligine noctis opacæ
Oſtendat lucem rubicunda *Aurora*, comamque
Splendentem *Phœbus* referens illuxerit orbi.
Ad Fontem lento gradimur pede; ſaxa nec ignes
Obſtant. (procedo tabaco nam fortior hauſto.)
Confeſtim advolitat quæ pocula porrigat ultrò
Plena perennis aquæ, quam fons ſine munere donat,
Qualem nec *Latium* novit, nec *Græcia* jactat:
Illa beat ſiccos fæcundâ ſtirpe parentes,
Deciduumque facit poſt funera vivere nomen:
Illa domat Febres, & ſi malè calculus hærens
Renibus aut peni languentia viſcera torquet,
Illa fugat, pellit curas, & nubila menti
Diſcutiens aptat doctis, ſacratque *Camænis*.

¶ Atra (olim) Bilis, Febriumque per intima graſſans
Oſſa cohors, craſſoque obſtrictis ſanguine venis,
Viſcera, cor, ſtomachum invadens arcemque cerebri,
Me exanimem, penè ad *Stygias* detruſerat undas:
Accurrunt Medici, feſtinat Pharmacopolæ
Tota Taberna, ruunt, conjunctis viribus acres
In lethale agmen; rident Biliſque Febreſque
Conatus, vanaſque minas, & cedere nolunt:

Genua

Genua labant, gelido divulſa & membra tremore:
Mors properata manet, nec ſpes erat ulla renaſci
Ni tua Lympha, favente Deo, Fons, fuderat hoſtes,
Morbiſque & letho ereptum ſervârat amicis.
O Fons nulli impar! meritos tibi condere honores
Quis par eſſe queat? tua laus (ſi carmina noſtra
Digna legi fuerint, nec edax aboleverit ætas)
Vivet in æternùm, nullis ignota *Britannis*.
Hos inter calices, per amænas arboris umbras
Hinc illinc patulos jactantis in aëra crines
Uſque vagor, poſſim ut gelidos tolerare liquores;
Migrâſſe huc jures *Venerem*, *Nymphaſque Britannas*,
Mirè argentatâ ſplendentes corpora veſte,
Captatum inſolito juveneſque viroſque nitore;
Inceſſus ſtupeas verecundos, corporum honores,
Divinas facies, multo fulgentia colla
Auróque & gemmis, quæ vel dedit *India* dives,
Vel cautus tulit *Afrorum* Mercator ab oris.
Non aliter, *Paride* & *Graiis* comitata puellis,
Tyndaris ad *Phrygias* fertur ſpatiata carinas.
Dumque vagi circumferimur, vel tibia melos
Grande ſonat, fidibuſve implentur mollibus aures;
Harmonicâ ad chordas reſonante per aëra voce.
Utque Deus faveat, media inter pocula ritè
Sacra Deo facimus; quippe hîc poſuere Sacellum
Nuper Hydropotæ. Nec ſpernitur herba tabaccum,
Vertitur in fumum in ſelectis ædibus, arctis
Hauſta tubis, ſtomacchi ſedans accenſa tumultus.

Hic garrire vacat, ſophiæ alter, ſuſtinet alter
Legumque & juris partes, hic relligionis
Bella movet fervens, lepidas quis narrat aniles
Fabellas; alius, quota jam hora eſt? anne meatu
Lympha fluit facili? profluxit copia quanta?
Dic ſodes: O te felicem! nonne tabellæ
Londino heſternæ quicquam? quas *Gallicus* urbes
Rex crebris cepit bellis? quid ſi arma moveret
Rurſus? an *Hiſpanum* & *Belgas* cum *Cæſare* & *Anglis*
Siſtere poſſe putas? nobis *Hungaria* quidnam?
Chriſtiades-ne *Budâ* potiuntur? quidve *Polonus*
Rerum agit? aut *Venetus*? dic, O bone, nupera quaſnam
Tempeſtas valuit ſaxis illidere puppes?
Proh dolor! an tantis fera ſævit unda ruinis?
Dum fumum & linguas exercent labitur hora.

Sunt quos, inter aquas, fallax excuſſa fritillo
Alea, & incerti ſpe ludens anxiâ lucri,
Heu! perdit, ſpoliatque paternis turpiter agris:
Sed me à fundivorâ ſervas Deus altè *Charybdi*.

* Ipſe inter chordas & pocula curo culinam,
Ne bella indicat venter mihi triſtia latrans;
Dantur ad hoſpitium nam nulla obſonia venum.
Imâ valle jacet prope Fontem longa patenti
Arbore planities circumdata; maxima qua pars
Potantûm (dum plectra movent, Lymphaſque miniſtrant)
Nunc huc, nunc illuc repetitis paſſibus errant:
Mercibus hîc dapibuſque forum, quo vix datur ullum

Lau-

:ius, aut æquè felix emptore frequenti.
Rija, quoque die, ſcombros, ſoleaſque, ſcaroſque,
eaque, & cancros, conchas, rhomboſque ſalaces,
ium & omne genus, quos unda *Brittannica* nutrit,
:it ab Oceano; noctemque diemque fatigans
vel tantillâ lædant putredine guſtum.
io, mullus adeſt, anguilla, & carpio, trutta,
ıerca, innumeras dat enim piſcina propinqua, &
nina vicinos præterlabentia campos.
: lepus, aut porcellus abeſt, nec alauda, nec anſer,
capo, nec perdix, nec verſicolor phaſianus.
dus, anas, paſſer, gallus, gallina, columbus,
[uam jam pridem nobis dedit *Africa* tellus,
ıc ſeſe indigenam clamans, jucunda volucris,
'ariam omnigenis imitata coloribus *Irim*,
iva Junonis avis cygnuſque juventâ
dandus, paſſim proſtant; aviumque cohortes
um triticeæ donant queis nomen ariſtæ.
lum iterùm (ut quondam) dicas pluviſſe volucres;
ue adeò, fora, pennigerûm crebra agmina denſant.
ıntâ ovis, aſſiduus, vitulique, agnique, boviſque,
ne onerat lanius, ſole accedente, macellum!
as eſcæ herbas, quaſque alma *Britannia* gignit
ʒes, aut ſtomachum quæ condimenta labantem
tituiſſe valent, varioque placere palato,
ſale, ſeu valido condita requiris aceto?
ım, aut ſcriblitas, aut qualeſcunque placentas,
iciaſve cupis? vaſta horum eſt copia, namque

Accola

Accola non dubitat confertim adferre colonus.
Zinziber, atque piper, quæque *Indus* aromata uterque
Claſſe, novo Oceano, noſtras dimiſit ad oras,
Affluxêre foro, quæ gratum emittere odorem
Tuſa ſolent, ſuavemque cibis præſtare ſaporem.
Mellitæ cannæ quem machina multa liquorem
Exprimit arte novâ (crebrâ fornace recoctum,
Fictilibus teſtis ſiccatum, & fæce ſolutum)
Barbada & *Mevis* tulit & longinqua *Jamaica*;
Extortum baccis rarò fallentis olivæ
Succum, multiplices uvas ardente refectas
Sole, *Adria*; & flavum *Virginia* flava tabaccum;
Rhenus, & *Heſperia*, & *Teneriffa* & *Gallia* vinum.
Londinum nequeat magè conſuluiſſe culinæ,
Indomitæque gulæ. Vel perditus helluo cœnam
Inſtruere, & lautis aveat laxare saginis
Infamem ſtomachum. Non jam maria omnia circum
Solicitè, immenſo quærenda cibaria ſumptu;
Ut fertur quondam feciſſe *Vitellius*, omnem
Qui non erubuit cœnâ peſſundare fiſcum:
Una vel innumeras cumulet *Tunbrigia* menſas.
Aurea quis numeret? quis vaſa argentea? veſtes?
Lintea? reſque alias queis preſſa taberna laborat?
(Nam fora continuis ſtant circumſepta tabernis:)
Annua vix plures jactet *Sturbrigia* merces.

Abſorptis de more ſcyphis, dapibuſque coëmptis,
Lentus ad hoſpitium redeo; hîc plerumque tabaccum
Otia odorifero fallit bene grata ſapore;

Prandia

Prandia poſt paulò ſtomachus ſibi debita poſcit:
Tum vitulus, porcellus, avis, piſciſve, lepuſvè
Languentes renovant vires, pingueſve bidentes,
Prandia lætificant, vinum, conviva, jocuſque:
Sublatis properat quiſque ad nova gaudia menſis.
Si luſus cordi eſt, in promptu eſt ludere, ſiſtunt
Lignea mox ſimulachra novem, ſtant ordine ternâ,
Agmine quadrato, magno conamine certant
Quis globulo valeat ſubvertere plura rotando.
Eſt locus in ſummo *Ruſthalli* vertice montis
Aggere vallatus quadro, quem ceſpite multo
Undique congeſto planum fecêre coloni;
Suntque alii ſimiles, ludis globuliſque dicati.
Lege aliâ mos eſt globulos hîc volvere, parvus
Projicitur primò, luſuris meta futurus;
Alea diſtinguit partes, tum quiſque duobus
Ad libitum electis, contendunt poplite flexo,
Sæpiùs & propiùs quis metam accedere poſſit:
Tu nimis, haud ſatis ille fugit, tu parte ſiniſtrâ,
Erras tu dextrâ, ſed, Io! tu, mi bone, metam
Percutis, en! ipſam; quàm quàm bene dirigis; Io!
Non de baliſtâ nitrato pulvere jacta
Glans, non de *Phrygio* volitaverit aptiùs arcu,
Ad quemcunque ſcopum ſibi propoſuêre ſagitta.
Ludicræ alliciunt Chartæ magis? en tibi præſtò
Reges procedunt quatuor, totidem agmina multis
Denſa viris; acies magno molimine pugnæ
Undique in arma ruunt; dubiis victoria pennis

Inter

Inter eas volitans, tandem, ſine vulnere, palmam
Nunc his nunc illis concedit partibus æqua.

† Sed cave ne inſano ludi capiaris amore:
Mille modis variant acies, mille artibus inter
Seſe belligerant miſeri, noctemque diei
Addunt, & diris ſuperos maneſque laceſſunt;
Quum ſemel è Chartis lucri immoderata cupido
Faſcinat, heu! mentem, tum nummos, prædia, merce
Ædeſque, ac animas malefido ingurgitat ore.
Non quod ut illicitum damnem, modó nuda voluptas
Quæratur, tantùmque animum relevare cadentem;
Si longè aufugiat nummi inſatiabilis ardor,
Et tempus timeas nimio diſperdere ludo,
Tempus non auro aut ullis reparabile gemmis.]
Sunt quibus unum opus eſt curas depellere ludo
Qui *Cheſs* auditur, deſcenditur ocyùs armis
In campum infeſtis pictum; Rex albus & ater
Quiſque acies ſimiles ſibi ducunt: Uxor utriſque
Hæret Regi quæque ſuo; comitantur utraſque
Bini equites, duplex elephas, & Epiſcopus unus
Ac alter, pedites bis quatuor; impigri utrimque
Reges ſervare, aut triſti ſuccumbere fato.
Jamque dato ſigno concurrunt agmina bina,
Hinc atque hinc multæ clades, ſtudet agmen utrumque
Captare oppoſitum Regem, palmamque referre.
Nam quamvis adverſa acies graſſetur, & hoſtes
Multâ cæde fuget campo, niſi callida Regem

Hoſti-

Hoſtilem capiat, nullum feret inde Triumphum;
Quippe (hoc lex ludi antiqui luſoria poſcit)
Non niſi captivo paritur victoria Rege.
Sin *Muſa* arridet, profert ſua carmina *Flaccus*
Divino laudanda ſtilo, ſeu quæris amoris
Secretos penetrare dolos, formare Poëtam
Seu placet aut gradier directo tramite, lætâ
Virtutis laudiſque viâ, quâ *Romulus* ingens,
Quâ *Janus*, *Bacchuſque* pater conſcendere ſedes
Ætherias valuêre, & magna palatia Divûm;
Seu cupis inſulſos ſæcli perſtringere mores:
Dogmata ſeu veterum gaudes haurire ſophorum.
Viſnè animam ſacrare Deo? tibi Biblia Sacra
Pandentur, ſanam quæ reddant corpore mentem:
Perdiſcas illic, ut captus imagine veri
Primus quivit homo culpâ vitiare nepotes,
Et morti humanam æternæ ſubmittere gentem;
Morte ſuâ ut *Chriſtus Satanæ* exſtirpârit amarum
Imperium, & mortis ſtimulos hebetaverit, ut non
Chriſticolas lædant veros; hinc gratia ſummi
Admiranda Dei manans, diri agmina vaſta
Peccati fundit, cœli nos arcibus altis
Figit, & amiſſam dat perpetuatque ſalutem.
Illinc nôſſe queas, laqueo irretire doloſos
Ut valeat, populoſque unco frænare rebelles,
Ne quando electam poſſint evertere gentem;
Gloria quò Nomenque Dei clareſcat in horas.
Adveniat nobis olim dilectus amicus.

Multa ſtatim produnt generoſi vaſcula vini:
Sume puer cyathos puroque repleto falerno,
Charus amicus adeſt, juvat evacuâſſe, precantes
Regis, Reginæ, Procerum, noſtramque ſalutem.
Quò, quò, *Bacche* rapis? quid non tua munera cogunt?
Tu rixas, tu lætitiam, tu premis amores;
Poſt te nec carcer, nec mors, nec ſquallida terret
Paupertas, poſſunt nec curæ avertere ſomnum.
Sol medium emenſus curſum ſenſimque recedens
Hortatur campos, abeunte calore, petendos:
Nunc equitare lubet, nunc parvum fortè pedeſtre
Carpere iter, varios vel in hortis nectere flores.
Cantus avis tremulus ſylvis, vel aperta locorum
Delectant, vel ferre pedes quâ retia tendit
Venator lepori, vel quâ benè callidus auceps
Inſidias avibus ſtruxit: nunc prælia ſævi
Accipitris ſpectanda vocant; ille aëra circùm
Intrepidè purum volitans, atque ima tumeſcens
Irâ corda truci, fugientes præpete pennâ
Inſectatur aves, & prono corpore terræ
Unguibus infigit laceris, roſtroque tenaci:
Sic denſum per ovile rapacibus unguibus atrox
Innocuas leo mactat oves. Nunc tendimus altas
Ad ripas, longâ meditamur arundine piſces
Injecto eduxiſſe hamo, retivè latentes.
Nunc tenues properamus apes luſtrare, labore
Magno ponentes ſua tecta, alvearibus aptis,
Cerea, quæ pòſt melle onerant: hinc avocat ardens

Latran-

Latrantûm clamor, qui ſidera ſumma boatu
Concutit altiſono: ruit ingens agmine facto
Turba canum, lætis venantûm hortatibus acta,
Seu leporem, cervumve, cavis, vulpemve doloſam
Sedibus excutiant, aſt hi per & invia ſaxa,
Per montes pede veloci valleſque feruntur,
Et curſu certant hoſtes ſuperare feroces.
Abſcondit tectis hic gramina ſicca colonus,
Illic fructiferam perfringit vomere terram,
Semen ut inſpergat latè: nunc robora cædunt
Londinum portanda viri, quibus ardua tantæ
Tecta urbis condant, aut æquora claſſibus ornent.
  Nec perit ulla dies, quin, accreſcentibus umbris,
Pulchra puellarum pueris immixta caterva,
(Undique ſpectantûm Procerum cingente coronâ,)
Alterno terram quatiant pede; dum fide doctâ
Ad normam motus coguntur, vel ſuper altum
Ruſthalli montem, vel quâ clariſſima villa
Auſtralem aſpiciens ſolem tua ſylvula frondet;
Vel quâ *Bickerſtaffe*, arbor tua plurima ferro
Eruta planitiemque & tecta recentia præbet.
Sic *Hæmo* in celſo, *Pindique* in vertice, plectro
Virgineos agitâſſe choros blandum *Orphëa* narrant.
  Tandem grata quies quæ corpora feſſa vagando
Inſtauret petitur, tum rhonchiſſare paratum
Me placidis immergo toris, ſomnoque ſepultum
Læta quies recreat: quum verò craſtina nobis
Aurora attulerit lucem, non ulla laborum

 Tædia

Tædia menti hærent; iterùmque iterùmque peractis
Fallimus, heu! tempus fugiens; curiſque peculî
Proſcriptis, hilarem conamur vivere vitam.
Sic variis animum ſtudiis *Tunbrigia* mulcet,
Ut vix abſentes poſſim mœrere *Penates*.
  Sed quò *Muſa* trahis? nonne audis murmure quanto
Vatum turba fremant, operam quid ſumis inanem?
Quin potius properè ad merces, ad rem faciendam
Mercatorem abigas, audacem Sacra profanâ
Piëridum temerare manu, nullis adeunda
Quàm quibus indulgens *Natura* & fautor *Apollo*
Doctorum adſcriptis albo, dedit eſſe poëtas:
Tolle moras, longòque, *Frobock* die, vive, valeque.

INCENDIUM

PALATINUM.

PRIDIE NONAS JANUARIAS,
(ſc. die 4.) 1697.

Incendium Palatinum,

Pridie Nonas Januarias,
(ſc. die 4.) 1697.

Horrendas ſtrages, & avita Palatia Regum
Noſtrorum flammis abſumpta Voracibus, ædes.
Disjectas, latéque effuſa incendia Molem
Volcano ſuperante omnem, Vaſtáſque Ruinas,
Flet Muſa, attonito pluſquam perterrita viſu.

Jam Sol occiduis properavit deſuper oris,
Occluſítque diem, toto Nox humida cœlo
Incubuit, piceâ obducens caligine terras;
Cum prope Regales thalamos è culmine tecti
Tigna per & tegulas erumpit fumus, & atrâ
Nube Superfuſo Sinuoſa Volumina cœlo
Evomit, & Superis orientia Sydera obumbrat:

Protinus

Protinus attoniti curſant hinc inde Miniſtri,
Dirumpúntque fores, junctâque, *Incendia*, voce
Exclamant, totâ reſonat vox flebilis Aulâ.
Pars Scalas portat, vicinas currit ad undas
Altera, producto ſe collocat ordine turba,
Aſſutiſque datas coriis exporrigit undas.
Machina vicinis venit extinctoria Templis
Protrudente rotas, longúmque trahente tumultu
Temonem, vectis venter diſtenditur undis,
Hic ſcandit teſtam, parte ex utrâque Manîpli
Dant latices operando, tubíque cavamina ſupplent;
Protinus artifices eructat ahenea lymphas
Fiſtula, & inſolito madefacta eſt æthera Nimbo.
At fruſtrà : Injectas Incendia longiùs undas,
Contemnunt, dum anguſta loci, confertaque Tectis
Tecta nimis, reddunt operam Jaculantis inanem.

Comprimere hinc alio tentant conamine, cúmque
Nil valeant Undæ, flammis ſtat vincere flammas :
Dolia Tartareâ farragine plena feruntur,
Dolia, Viſceribus celata Tonitrua diris
Et cæcum fulgur, portantia; Maxima ponunt
Hæc imis tecti ſubtùs fulcimina cellis,
Et longo, ſparſo de pulvere, tramite facto,
Ter lugubrè gemunt repetito Tympana pulſu
Rauciſona, & denſæ dant Signa recedere turbæ.
Ite procul ſubiti, veſtræ queis cura Salutis,
Ite procul, ſaníque minax vitate periclum !

Accedit

cedit miles, porrecto fomite tangit
ſperſum ſerie Nitrum, citò concipit ignem
x tactum, prorsúmque ruens jam Dolia raptat,
ıtinus horrifico tonitru coelum omne remugit.
rnitur avulſis intus compagibus ædes,
ruit eliſis moles conflicta Caminis,
mpuntur vaſtæque trabes, & cardine fracto
rratæ portæ, fabricati marmore Muri
rgemini æterno cedunt, latè omnia quaſſat
;ens excidium, patuláque voragine ſorbet.
umus cœlo, tegulæ per inane feruntur
ntuſæ, laceræque volant hinc inde feneſtræ.

Anguſto reſtrictus adhuc in limite, vires
ercere ſuas potuit vix latiùs ignis,
jice jam amoto, totas Supereminet ædes
mma rapax, vaſtóque tremenda ınſanit hiatu.

Jámque inſultabat Thalamis Regalibus, omni
etâ ope, nequicquam contra vis ſumma laborat;
t raptim effertur Regum pretioſa Supellex,
gentea menſæ, priſcis Aulæa trophæis
bilitata, auro gauſapia fulgida texto,
guſti lecti, variis diſtincta lapillis
inia, cælatiſque operata toreumata formis.

Hæ Cameræ, Regina, tuæ, *Divina Maria*,
eu! nunquam lugenda ſatis, *Divina Maria!*)

Olim hic Virgineâ circumſtipata Coronâ
Tædia, longa nimis, contriſti temporis, Arma
Dum quatit, Hannonicis Mavors victricia Campis
Anglicus, ádque Moſæ, Scaldiſque adfulminat undas.

Deſpice Sydereâ de Sede, *Beata Maria*,
En! viden? ut flammæ dilecta cubîcla profanæ
Invadant, operâ tabulata elegantia mirâ,
Pictáque diverſis prendant laquearia formis.
Conqueror (heu!) fruſtra. Divam fruſtra invoco, noſtros
Nulla audis queſtus, Suſpiria nulla moraris.
Quid Tibi terrenis? Cognatis addita ſtellis
Gaudia duratura capis, fruerîſque perenni
Poſt Regni curas, Sceptrique gravamina, pace.

Nunc aliò diverte oculos, novus ingruit horror,
Flamma obices omnes, remoramináque omnia ſpernens
Expatiatur ovans, per culmina ſumma Palatî
Currit iter rapidum, Superatáque tecta triumphat.

Nupera ſceptrigeri perpulchráque peſte *Jacobi*
Abſorbente ruit Structura, nec impetus undæ
Stragi obſtare valet, prope quanquam Machina ducta eſt
Et ſatis eſt ſpatii jaculando, ridet aquarum
Vim caſſam, Oceano vix Conflagratio toto
Subdenda, adverſis luctatur Mulciber undis
Victor, & imbelli magis aucta eſt flamma palæſtrâ.

Nequicquam

Nequicquam emittunt contraria flamina venti,
Contra Euros furit ignis atrox, hîc, Æole, nullo
Fungeris imperio, I, devictus ad antra, pudendum
Abde caput cæcis inglorius abde tenebris,
Illudit niſus Elementum audacius, & Te
Cognatóſque tuos, fluviorum Numina, inanes.
Ipſe Pater *Thameſis*, ſonitu tremefactus & igni,
Surgit, & è refluis madidum caput erigit undis,
Ut loca vaſta videt, procul aufugit ocyùs ipſos
Ad fortes Rivi, & denſâ ſe condit in ulvâ.

Advolat in primis, (ullâ ſi Regia dextrâ
Servari poterit, veſtrâ Servata fuiſſet,)
Cutſius intrepidus, ſpernítque perîcla perîclis
A juvene aſſuetus, quam prodigus (ecce) Salutis
Miſcetur flammæ? & certo diſcrimine pluſquam
Exultans, diros animoſus fertur in ignes.
Silverus lateri, greſſu impare tardior, hæret,
Spectatæ Virtutis adhuc notiſſima toto
Corpore Signa gerens, nec euntem vulnera terrent
Nupera, neve recens animo fera Mortis imago.
Nec Te Romanâ titulos, Sidneie, Palude
Qui ducis, taceam: Nec Te, *Portlande*, perîclis
Uſque Comes, Regique tuo peramatus *Achates*.
Dunblaniúmque agilem memoremus, & inſuper annis
Grandævum, Auguſto quid pluſquam Nobile vultu
Portantem Comitem, qui Servantiſſimus æqui

Fert Procerum antiquos vix æquiparandus honores.
Te colet, exilis mea Te celebrabit avena,
Si modo tam tenuem Tantus dignabere cantum.

Oh Superi prohibete minas! Acceſſit ad *Ædem*
Flamma ſacram, totúmque implet pluſquam impia Tem-
Fruſtra conamur, non vis unita, precéſve [plum
Oblatæ Servare queunt; *Sacrarium*, & ipſum
Sanctum Sanctorum penetrat deterrimus ignis.

O Tu qui Cœlis, quique unicus omnia terris,
Inferiúſque regis, flammas da vincere, peſtim
Da cohibere, aut ſi offenſus non parcere Nobis
Cedis, parce Tuis ſaltem, Tua corruit Ædes.
Fundimus (heu!) vanas preculas, atque irrita vota,
Averſante Deo. Infinitum credimus Æde
Vivere finitâ? Manuúmque labore moveri?
Fallimur. Intus agit Numen: Cor Criminis expers,
Rectáque Mens placet: Hâc meliùs Deus Æde coletur.

Everſâ quid non auſura eſt Flamma Capellâ?
Magnificæ Regis Cameræ, queis tempore fixo
Præſentem exhibuit ſemet ſtipante Coronâ
Nobilium, Satrapúmque, (dies dum lætior hiſce
Eluxit Regnis) magno abſorbentur Hiatu.
* *Henrici* hic noſtri toties celebrata Tabella * VIII.
Holbeni dextrâ Celebris depicta perenni
Sternitur; hæc ſaltem tibi non licuiſſe ruina

Cætera

Debuerat, cui tempus edax tot in æva pepercit.

Cætera quid memorem? Feſſos, quocunque levaris,
Nil niſi perditio miſeranda moratur ocellos;
Undique terribilis laniena, Chaoſque tremendum.
Crebreſcit Strages, & vaſtabunda calentem
Irruit, irrumpit, Lateronum & inundat in Aulam,
Turbantur Galeæ, Loricæ, Scutaque, miro
Diſpoſita Arma modo, Lituus, Tuba, Tympana, vaſto
Flammarum Oceano ſidunt; exinde Theatrum,
Sumenſque Officium viridi ſua Nomina panno,
Regaliſque calet nimio nunc igne Culina.

Pulchra amandati fumant jam Fana * *Jacobi*, *II.
Nec toties jactata loci pietaſque, Sacræve
Relliquiæ, hinc hoſtem poſſunt arcere profanum.
O ubi jam veſtras ubinam conſumitis horas
Diique Deæque omnes? Jam tandem aſſurgite, ſomnum
Excutite, ignitas ſubiti tutaminor ædes,
Siqua fides vobis ſit habenda, potentia veſtrî
Siqua, hoc articulo veſtras oſtendite vires,
Incaſſùm fuſi queſtus, diſtinguere neſcit
Ignis, cuncta rapit, miſcentur Sacra profanis.

Excelſam jam flamma aditum proſtravit ad *Aulam*
Quâ Rex Legatos de more admittere ſuevit,
Sive Salutantes Hymenæos, ſive dolentes
Abreptum nimis immaturâ morte Monarcham,

Gratan-

Gratanteſve Throno acceſſum. Pacemve querentes
Infractam, aut violata alio commercia pacto,
Exprimet illius miros quæ penna decores?
Magnifica ut ſpatio! ſublimibus alta columnis
Illuſtri erigitur vicina ad Sydera faſtu:
Tectonicæ ordinibus variis ornatur, & artem
Ingeniumque refert quâvis in parte Magiſtri.
Neve opus egregium ſileam, Periſtromata miro
Intertexta modo, noſtriſque decora triumphis,
Cum Claſſem Angliacis æternus ſtravit *Iberam*
Dracus aquis, *Celtis Dracus Orbe* in utroque Flagellum.
Surſum verſum oculos, tabuliſque lacunar & auro
Effulgens ſpectas, Saturos mirare colores
Artificis, magnamque manum, ſpirare videtur
Et fari, quaſi ſit revera viva, figura.
* *Petre*, tuum profitemur opus, geniumque ſtupemus.
Conſummata manum loquitur pictura celebrem.
Hocque opus (æternum, finerent ſi Fata, ſinentque
Siqua fides vatum) rabido abſorbebitur igni?
Avertat Deus! Heu! Luimus ſat crimina, Peſtis
Sæviit (ecce!) ſatis, fædis tota *Aula* ruinis
Deploranda jacet, vixdum veſtigia priſcæ
Baſilicæ reſtant, vaſtum & Chaos horret ubique.

Auditi tandem queſtus——vis ſiſtitur ignis,
Neve ultra rabiem datur exercere, coacta

Deſinit

* *Petrus Paulus Rubens.*

Deſinit irarum, pedibuſque ſubobruta, victa eſt.

Jam nihil exciſam flammis deflebimus *Aulam,*
Dummodo * *Jonesî* ſalva eſt ſtructura, moramur
Nil ſtrages, ipſæque placent hâc Soſpite flammæ.
Gratamur, Deus Ignipotens, grateſque fateri,
Te poſthac, quam ſervâſti, venerabimur *Aulâ.*

Jamque renaſcentem videor meditarier, ipſo
Rudere ſurgentem, & fulgentem clariùs, *Aulam,*
Vividior ſic Ales Arabs ex morte reſurgit:
Multis fervet opus Manibus, profertur in altum
Fabrica, inauratas tendens ad Sydera pinnas.
Non mage *Verſaliam* Gallus, non *Eſcurialem*
Cantaber extollet, Mundi miracula noſtri.

Angliacæ O *Mavors*! Poſt tot diſcrimina Belli,
Tot raptas hoſti palmas, iterumque quietem
Indultam terris, cultus & jura *Britannis*
Inſtaurata Tuis, tonſumque Numiſma recuſum;
Poſt tot geſta Tuis & tanta, Nepotibus ævo
Vix credenda equidem, nunquamque imitanda, futuro.
Qualia vix fecêre olim, duo Fulmina belli
Strenuus *Edvardus*, *Henricuſque* inclytus, Armis
Ambo Gallorum Domitores, ambo Triumphis
Illuſtres, primi Chronicis Heröes in Anglis:

Poſthæc,

* *Inigo Jones Auditorium architectabatur.*

Poſthæc, ſumme virûm, ſolum hoc tibi reſtat agendum,
Nec dilecta Tibi, meritòque, *Hantonia* cæpto
Invideat, ſed amica Suum pronuntiet Eſto.
Sic Amor Angligenis, inimicis Terror, Olympo
Cura, diu vivas.---Audin? Lævùm intonat, Almum
Arridet precibus cœlum, & pia vota coronat.

Muſica Incantans,

SIVE

POEMA

EXPRIMENS MUSICÆ *VIRES*,

Juvenem in Inſaniam adigentis,

ET

MUSICI inde Periculum.

Authore ROBERTO SOUTH, *A. B.*
Ex Æde Chriſti, 1667.

G

ARGUMENTUM.

Juvenis quidam audita, quam ipſe enixe impetrarat, Harmonia, in Inſaniam actus eſt, & ſeipſum in Mare Præcipitavit: Citharædus Judicio ſiſtitur, accuſatur Homicidii; ex Muſico, tum Orator factus, ſeipſum defendit, & abſolvitur.

NON, Ego, Cæſareas Acies; non *Arma virumq;*
Sed Citharam, Plectrumq; cano: nec inutile Numen
Invoco in auxilium: me vivus Anhelitus ille,
Quo ſolet inflari vocalis Tibia, pleno
Inſpirat Genio: Sed quæ depingere Vocem
Dextra poteſt, Oculiſq; Eccho ſignare Videndam?
In ſua poſcebànt antiqui carmina Vates
Centum *Ora & Linguas:* nos Centum poſcimus Aures,
Totque etiam *Voces*; quis enim laudare Choraulem,
Et Lyricam poterit, niſi *Centum vocibus*, artem?

Doctus in Arcadicis vivebat Muſicus oris,
Clarus circa urbes, & famæ Voce Lyræque;
Illum lætus Hymen, plauſu, juvenumque Choreis
Viciná quondam latè celebratus in urbe,
Cum Lyricis aliis, tanta ad Solennia traxit,
Spe pretii, pariterque dapis; pro more jugales
Ut caneret Ritus: nam quamvis nubere Muſa
Ignoret, celebrare tamen Connubia gaudet:
Et ſi Muſa ſilet, torpent epulæque Venuſque;
Bacchus & ipſa Ceres frigent ſine Apolline: feſta
Quis meliùs Lyrico celebret Convivia, qui cum
Voce ſuâ traxiſſe feras, Volucreſque ſolebat,
Non tantûm Citharâ novit Celebrare, ſed ipſo
Inſtaurare etiam potuit Convivia Cantu?

At tandem vergente die, feſtoque peracto,
Nota reverſurus cùm jam per prata rediret,
Elyſiis ſpatians olim velut Orphëus agris,
Incidit in Juvenem, qui poſt tranſacta ſerenus
Tempora cœnandi, vicina exibat in arva:
Cui Juvenis (quis enim ſua non habet Obvia Fata?)
Inſcius occurrit: Venientem agnoſcit ab Ore,
Jamque Videre juvat, quia ſic Audire placebat:
Heu Miſer ignarus nimiùm, quòd noſter hic *Orpheus*
Non tam *Saxa trahat* Secum, quàm triſte Sepulchrum!

At citò colloquio facto, dictâque ſalute,
Aggreditur Juvenis precibuſque, & laude Choraulem,

Et

Et Citharæ Vocem, facundâ Voce precatur:
Sollicitè ſua damna rogans: pretiumque petenti
Spondet, & oblato ſua Fata paciſcitur Auro.

Tum Fidicen, ſumptâ Citharâ, trepidantia tentat
Fila manu, plectroque priùs quàm pangere carmen
Incipit, immutat chordas, & in ordine fili
Explorat cujuſque ſonum, cernitque peritus
Concordare fides quàmvis diverſa ſonantes;
Tam placida, & Concors fuit hæc *diſcordia fratrum.*
Sæpè levi digito dum ſtringit fila, feritque
Tranſiliente manu, minimè meditatus, & Ultro
Incidit in Cantus, & prodit Neſcius artem.

Sic inſtruxit Ebur, ſuntque hæc proludia cantûs
Artifices teſtata manus; dum nititur omnes
In Carmen citharamq; ſuoſq; intendere Nervos.
Sic poſtquàm inſtituit chordas in carminis Uſum
Aptatas; atque Arte Viam patefecit ad Artem;
Altiùs inſonuit, vox Creſcit & inſtar Alaudæ,
Dum canit, Exurgit. Digito Chelys icta loquaci
Sic poſtquàm ſonuit; levâ huic in parte mamillæ
Cor Salit, & peragit Citharâ modulante Choreas;
Non aliter, quàm ſi ſalienti pollicis ictu
Percuteret Cordis Fibras, vis tantaq; plectri eſt,
Ut valeat Filo captivam ducere mentem.
Cùmque animo Juvenis Victo ſuccumberet, uno
Concentu Vicit Fidicen, ceciniţque Triumphum.

Dextra

Dextra facit cantum, ſonus exit ab ungue, videri
Poſſit ut à digito fluxiſſe melodia; Vocem
Ipſa manus profert, arguta Vicaria linguæ.

Non Aures ſolùm rapuit vis muſica, totum
Sed Juvenem; membroq; miſer mutatur in omni:
Nunc rubuit Vultus, nunc palluit, utq; ſolebat
Vox variare ſonos, ſic hic Variare colores.
Pes ſaltare quidem potuit, ſed victus abire
Non tulit: in Venis ipſum Saliiſſe cruorem
Plus ſolito aſpiceres: ita demum quilibet artus,
Si non audire, at poterat Sentire canentem:
Denique ſic motus, ſic toto eſt corpore raptus,
Ipſo animata putes ut Corporis Organa Cantu.

Anxius intereà, Cæco ſe Verbere carpi
Miratur, Fidicenque Lyræ quos incutit ictus,
Se ſentire putat Juvenis: ſic Verbera ſentit
Quæ non ipſe tulit; miſero dum Vulnera plectrum
Dat Magico quodam Cantu, pariterq; potenti
Ac Medea olim permulcet Carmine mentem.
Multa quidem cantat, quæ vel Narrata placerent,
Scilicet imprimis Philomelæ flebile fatum,
Et querulam hiſtoriam referunt modulantia Fila,
Quam Virgo narravit Acu, nunc furta deorum,
Innumeroſque Jovis recinit laſcivus amores:
Sed tamen hæc Juvenis licèt audiat omnia, ſolo
Captus Amore lyræ eſt; & cum divina canuntur

Furta,

Furta, rapi à Citharâ potius ſua pectora credit,
Vimque ſibi inferri: quoties hinc fila Choraules
Percutit, hic geminat, mæſtoſq; reciprocat ictus
Pectora percutiens: ſic ſenſim in corda furorem
Inſcuta immittit fidicen, mentemque per aures
Evocat.
At poſtquàm citharæ vim ſic Cantando probâſſet,
Ipſe ſimul cantat, pleno & modulantior ore
Naturæ pariter Vires conjungit, & Artis.
Vox, fateor, *diverſa ſonat* lyriciq; lyræq;
Sed ſonat intereà Juvenis *Vox una* gementis.
Et quia Conjuncti Cantûs Vis fortiùs urget,
Non tulit ulteriùs, ſed dum canit ille cruentus,
Concentuſque ſuos citharæ Concentibus addit,
Prorumpit ſubitò rabies: & Muſicus ipſo
Enecat afflatu, mortemque effundit ab ore.
Ac tanquam in linguâ clauſum cantantis ineſſet
Neſcio quid, linguæ ſoleat quod ineſſe Caninæ,
Progignens rabiem, ſubiti mala cauſa furoris
Dementat Juvenem; rabieſque infuſa per aurem
Invadit Cerebrum, geminiq; potentia cantus
Obruit invalidas aures: hoc ergo furorem
Intulit, auditâ modulantis voce Choraulis,
Credibile eſt propriâ ſaltâſſe è ſede Cerebrum.

Prodit inaſſueto jam ſe dementia geſtu,
Huc, illuc oculos rotat, ardet, & indice vultu
Attoniti dat ſigna animi, cerebroq; ſoluto

Er-

Excurrunt profugi ruituro è Vertice Senſus.
Sæpe caput quaſſat, tanquam Veſtigia cantus,
Quæ vel adhuc retinet, quæ mente tenaciter hærent,
Ex animo Excuteret: ſæpe ore, & vertice cœlos
Suſpicit Erecto, jurans temerarius illuc
Se non venturum, quia dicitur ætheris axis
Circumagi Harmoniâ, & volvi concentibus orbes.
Sic loquitur rabies: celeri mox littora paſſu
Acer adit, totumque animo jam concipit æquor,
Parque furit pelagi, turbati & pectoris æſtus.
Nec fervente freto plùs fluctus ſpumeus albet,
Quàm ſpuma, huic madido rabies quam fudit ab ore.
At jam ferales cùm perveniſſet ad Undas,
Fortè fuit Refluxus aquæ; ſolitoque relapſu
Se tulit, & tanquam ſcelus hoc foret unda peroſa,
Viſa fuit regredi, timidoque recedere fluctu.

Conſtitit hic Amens, & tali Littora Vultu
Spectat, quali Ajax olim *Sigēïa* vidit.
Dumque memor nimiùm, fixam tenet auribus Eccho,
Lethes optat Aquas, ſed cum contingere Lethen
Non datur, æquoreis Oblivia quærit in undis;
Diluat ex animo ùt cantus, denturq; dolenti
Saltem inter mutos ſibi tuta ſilentia Piſces.
Dum ſpectat fluctus, Rabiem, mentiſque tumultum
Comparat Æquoreo; nunc lata per æquora Demens
Ire cupit, Curaſque animi committere Ventis.
Multa quidem mala Pontus habet; tamen omnia ſpernit,

Dum

Dum nullas videt hic Citharas: Creſcente furore
Mox Amens ubi ſit neſcit; qualique Charybdis
In Gyrum rapitur; tali huic Vertigine fertur,
Corripiturque Caput, Cerebrumque Natare videtur,
Quamvis nondum ullas niſi viſu, tangeret undas.
Sæpe timet mortem, ſæpe optat, & Æquoris inſtar,
Nunc Animus Fluxus peragit, dubioſq; Refluxus.
Hæc volvens ſubitò ſe mittit in æquora Saltu,
Et minùs inſanis demens ſe mergit in undis.
Hinc præter Scyllæ Rabiem, furor additus alter,
Acceſſitque mari Rabies nova: fluctibus hauſtus
Frendet adhuc, ultroque licèt modò fata petebat,
Jam tamen oppugnat, certatque obſiſtere morti.
Tandem Vorticibus raptus, victricibus undis
Lymphatus ceſſit: Githaræque Lyræque valete
Dixit, & acceptum bibulis trahit auribus æquor,
Occluditq; Oculos verè hâc in morte Natantes.

Haud aliter, memini, facilem cùm durior Eccho
Narciſſus fugeret, periturum immerſerat Amens
Dilecti ſe fontis aquis; æqualia fata
Huic quòque contigerant, dulcem furioſior Eccho
Qui fugiens, pariter cecidit fatalibus undis:
Par hic morte fuit, par & novitate furoris,
Et dum proſpiceret vitreum moriturus in æquor,
Vel *ſua Narciſſum* non plus referebat *Imago*.

Quem ſic lethiferis occidit muſicus Odis,
Credo hujus dirum primis Natalibus omen
Non fauſtæ *Ceciniſtis Aves*. In funera Muſæ
Conſpirant; ſic Fata *Novem* ferus armat in Unum.
Verè erat hic Siren, non tam quia Voce ſonorus,
Et liquido æquoreos ſuperans modulamine cantus,
Quàm quoniam Harmoniâ, Sirenum more, Furentes
In mare deducat, cantuque impellat in æquor.

Alter hic Amphion, nam vires artis uterque
Edidit æquales, niſi quòd tamen ille Ferarum
Mulcebat Rabiem; dedit Hic Cantando Furorem.

Hei mihi! quòd tam dulce melos, plectrumq; Canorum,
Non foret innocuum, nec *Ternæ* ſola *ſororis*,
Sed Citharæ fuerint etiam *Fatalia fila*!
Quà non Verſatur Lacheſis, *levis ictus in aurem*
Si ſit lethalis, valeatque occidere cantus,
Et tenues jugulare ſoni, ſi Vulneret Eccho!
Quin Arcus igitur, Lyricorum Antiſtes Apollo,
Projice, ſi Nervus plus ipſo Vulneret Arcu.
Dum cantu occumbunt proſtrati; credimus ipſas
Nunc bellare Tubas: nec jam res mira putetur,
Si gallus Superet, ſolùm cantando, Leonem.

O Vox ſæva, necem peragens, & funeris Author!
Quâ non, *Harmonici* crudelior ipſa *Neronis*
Vox fuit, & quâ non ſonat aptior ulla Tyranno;

Talis

Talis erit *Fidicen* ſævus *Nero*, funebre cantans
Lethiferumque melos, & cæde notabile carmen.

Hunc olim Empedocles, ſi plectro, & voce canentem
Audiſſet, quamvis jam tum properâſſet ad Ætnam;
Fata, neciſque modum mutâſſet, & igne relicto,
Ætnæiſq; rogis, ultro periiſſet in undis.

Si foret hic Paſtor, placidoq; Armenta, gregeſque
Carmine mulceret, cantuque per avia capras
Cogeret errantes, miri Vi carminis actus,
In freta grex rueret præceps, pluresq; videret
Per mare Phryxus Oves, pelagusq; immane Natantes.

Si poſt Stagnantem lethali gurgite mundum,
Tertius elapſus, communi è Strage ſuperſtes
Manſiſſet Fidicen, Tritonis numine Salvus;
Et tibi Deucalion ſimili lenire parâſſet
Concentu Curas, etiam ipſe immerſus in *æquor*
(*Crede mihi*,) irrueres, & *Te quoque pontus haberet*,

Ignis Apollinei qui Vi liquefactus in altos,
Icare, concideras fluctus, velocius iſſes
In medium, Citharâ compulſus Apollinis, æquor.

Si Cithara occidat, ſi fila ſonantia præſtent
Officium gladii: cum bella Pelaſga reliquit,

Sumeret & Lyricum projectâ cuſpide plectrum,
Non *arma abjecit*, verùm *Mutavit* Achilles.

At jam Fama loquax, quæ tam memorabile fatum
Et miras citharæ voces, taciturna ſilere
Non poterat, ſubito tanquàm Vocalior Eccho
Auditos iterat Cantus: & ut omnia mendax
Aucta refert; ſic & pariter cum cantibus *auget*
Cantantis Crimen; portatq; ad Judicis aures.

Et jam Cauſidicus, miſerandi in fata paratus
Fortiter Accuſat, Vexat, certatq; ruentem
Harmoniæ cauſam, *rauca* Subvertere *Voce*.
Convertens igitur Vultus, ad triſte Tribunal,
Concilium rigidum tali Sermone ſalutat.

Oratio Cauſidici Fidicinem Accuſantis.

DA veniam (Præſes Reverende) exponere paucis
Hoc ſcelus; ante tuas quam Muſicus occupat aures.
Siſtimus adductum huc, mirum Citharæq; Neciſq;
Artificem, cui non, hominem eſt Occidere *major*
Quam Cantare, labor: ſed enim non poſſumus ultra
In Terris Sirena pati, monſtrum Æquore majus.
Dulce ſonant Citharæ, verùm ſonat altius illis
Cædes: nec pariter Cantantis Crimina poſſunt
Cum levibus tranſire Sonis: *Se Muſicus ipſe*
Voce ſuâ prodit, *proprio condemnat & Ore.*
Si Citharæ hæc vis eſt; merito diſcerpitur Orpheus,

Dig-

Dignus & Amphion *tantum* Comes eſſe Ferarum.
Quod ſi ſic Volucres cantarent, quilibet eſſet
Vultur; Voce ſua, non Roſtro pectora lædens.
Sic ſtruit inſidias, mortemque Infernus *hic* Orpheus,
Atque aufert Juveni mentem: qui proximus Amnis
Æquor amat, *veluti quoddam* Venus eſſet in illo,
Deceptuſque ſono, dulces *putat* æquoris undas.
Quid faceret Juvenis, quem præceps fata tenebant
Auribus? audito hoc Cantu, non Dædalus *ipſe*
Æquora fugiſſet, *niſi* Ceram aptâſſet ad aures.
Sic nec Terra ſatis Sceleri, ſimul adjicit æquor,
Et juvenem mergens, ipſas quoque polluit undas,
Dum late Spatians crimen trans æquora currit.
Sed non ulterius tantum durare ſub undis
Suſtinuit facinus, ſurgit, lucetq; per ipſas
Crimen aquas: & juſta diu quia pœna Cruentum
Non rapit, ipſe fremit Nereus; *quoniamq; moratur*
Vindicta, iratis ſecum mare murmurat undis.
Si tamen hæc natura lyræ eſt, ut Muſica mergat,
Cur fuit in medio pelago tam tutus Arion?
At Tu, ſi Juvenem miſiſti invitus in æquor,
Saltem etiam poteras Citharâ Delphina paraſſe.
Nulla igitur ſonti remanet defenſio: Jura
Exclamant, contraq; reum juncta omnia Voce
Juſtitiam reſonant: *atq; hæc eſt Muſica Legum.*

Dixit: at hic tanquam damnato quiſque timebat
Pro Lyrico; neque enim quiſquam reſponſa daturum

Cre-

Crediderat; verùm res hæc miranda fuiſſet,
Muſica ſi taceat, ſi *nil reſpondeat Eccho.*

Nec mora, Clamoſi Præconis Voce citatus,
(Quamvis Harmoniam nullam Vox iſta ferebat,)
Accedit Fidicen trepidans, timideque labanti
Voce loquens, (tanquam Tremor hic quòque Muſicus eſſet)
Artis enim ſæpe eſt *tremulas effingere Voces*;)
Sic prodit, plectrumque humero lethale ſiniſtro
Suſpendens; Cauſam dicit; Vitamque difertus
Quam propè Cantando amiſit, Dicendo tuetur.
Haud ſecus ac Gracchus, qui cùm ſuggeſta Patronus
Facundus premeret, citharâ poſt terga Sonanti
Compoſuit Vocem; plectroque docente, loquelam
Formavit Variam. Tandem ipſa ſilentia ſervat
Lex, & *Jura tacent*: Fidicen dum talia fatur.

Oratio Fidicinis ſe defendentis.

DET Miſero mihi Voce, precor, Sors mitis Eadem
Qua rapui alterius, propriam defendere Vitam.
At quia nulla unquam revocat Palinodia *mortem,*
Et pro Demerſo lacrymas dare, *jure Vocetur*
In mare fundere aquas: *nulla revocabilis arte*
Sit mea Culpa licèt, forſan tamen Arte tuenda eſt.
Et certe cantus morienti impendere, cædem
Non facere eſt, querula ſed deplorare perempti
Exequias Cithara; Verum quia Carminis Author

Phœbus,

ebus, & *Inventor Citharæ, pro more ſub undis*
ur, & Heſperium tuto deſcendit in æquor;
ſiderim quod aquas ſimili ratione ferventes
onia Dominus, pariterq; Auditor haberet.
tamen noſtro ſe projeciſſe Furentem
lſu in fluctus: hæc Sola eſt Culpa? quis unquam
igat Anticyras, Cerebri medicamina quærens,
amen intrat Aquas, nec ſe commiſerit undis?
bene ſi memini, Vitæ cum traditur ortus,
oniam eſſe Animam, Veterum mihi dogmata ſuadent?
m ergo feciſſe Lyræ, facilique cruentam
inferre necem, nimia eſt occidere Vita.
amen Lethale poteſt audire Canentem,
neque nos unquam Mors ipſa Audita *Necaret?*
uia Merſus erat, cædem Luſtralibus æquor
at aquis; mortiſque genus mortem expiat ipſam,
cædem fecitque eadem quoque diluit Unda.
os ô fluctus, quoniam ſic cuncta ſoletis
ere Crudeles, noſtrum quoque mergite crimen.
men hoc moriar damnatus crimine, quonam
nguar fato? num quæ me Sylva ſecuta eſt,
reumq; nemus, tandem in ſuſpendia cedant,
Cruces abeant? & ſic me Sylva ſequatur,
epe a tergo ſequitur Vindicta Nocentem?
etiam terra obruerit? Lapideſque canenti
fuerant Comites, fient mihi ſaxa ſepulchra?
bi cauſa Necis Lyra ſit, tunc inſtar Oloris,
ltem hoc, videar dicendus, nomine, Cygnus,

Car-

Carmina quod cecini propriæ prænuntia mortis.
Crimen Ego Audivi, ſupereſt audire probatum;
An quia Merſus obit Juvenis, nos merſimus? ipſe
An feci, ut fureret, quia me cantante furebat?
Quod ſi dum canerem cecidiſſet Stella, quid ergo
Carmina de Cælo deducere Sydera credes?
Par certe furor eſt, in me transferre furorem
Alterius: Muſas tam ſtultum eſt dicere mortis
Fortuitæ cauſas; Artique *aſcribere caſum.*
Nullum ego Carnifice effudi unquam Voce cruorem;
Vos ſoli Legum Domini, qui jura tenetis,
Vos ſoli miſeros occidere Voce *poteſtis.*
Sic fatus; Miſero, Exclamat, nec fata merenti,
Parcite clementes: Et Parcite *rettulit Eccho.*

Dixit; & hanc, memini, facili candore jocoſus
Impoſuit Judex dicto pro crimine pœnam,
Ut, quoniam Lyricum ſuperaverat Orphea cantu;
Acceptâ citharâ Stygias inviſeret oras,
Et ſimili arte canens, quem demiſiſſet ad Umbras
Cantu, illum rurſus Cantu revocaret ab Umbris.

Si quis fortè roget, mihi cur dementia verſûs
Materiam dederit; Furor ille Poeticus, inquam,
Impulit: & prohibens Muſarum in Fonte morari,
Proluere immenſo me juſſit in *æquore Labra.*
Adde, quòd *excludit Sanos Helicone Poëta.*
Inclyte Nervorum Rector, citharæque magiſter,

Qui

Te digna canat? regiones Muſicus Orpheus
ıd infernas: Tu vertice Sydera tangis:
'ricus Vates ſuperas mea Carmina, ſolùm
:i Cygni, Calamoque, & Vocé ſonandus.
: implere Tubam valet hæc Vox Sola; trahebat
uidem Sylvas; Lauri te ſponte ſequuntur.
ıs es ut vivas poſt funera, *Memnonis* inſtar,
: *inſignis Statua*; tibi ut ipſe ſuperſtes
ılus recinas, tua ut ipſe Epicedia cantes;
poſt *Demerſum hunc*, monumenta perennia Vocis,
haræ laudes, *ipſis inſcripſeris undis*,
mea, per latum hoc Pelagus laudumq; tuarum
ır, Vela feram, pæne hic immergor & ipſe.
patet in laudes Vaſtus tibi Campus Aquarum;
ræſtat regredi, & *motos componere fluctus*.

I OLI.

OLIVARIO CROMWELLIO,

IN

FOEDERA

INTER

Rempub. Britannicam & Ordines Fœderatos Belgii Stabilita, 1654.

INtulerant miſeranda duæ ſibi Bella Sorores,
Utraque fatales, utraque Parca ſibi.
Sic in ſanguineam mare commutatur Arenam.
Quæ gladiatorum bella, neceſq; videt.
Has fluctus, illas rapiunt incendia naves,
Et miſcent æſtus flamma fretumque ſuos.
Quæque mori ſolita eſt flammis exhorruit undas,
Ne medius Phœnix merſa periret aquis;
Belligeros quot pugna duces, quot ſuſtulit unda?
Sic tamen ipſa ſolent aſtra ſubire fretum.

Sic

Sic mare Cæruleum eſt: ſed ſicut Cerula Vena,
  Quæ tumet incluſo ſanguine plena fluens.
Non noſtræ Batavus ſubmiſit Carbaſa Claſſi,
  Nec quamvis habuit vela, modeſtus erat,
At ſic depoſuit tandem Leo Belgicus iras,
  Securam ut ducat per mare Phryxus ovem.
Cætera bella licet pugnaſque Elementa ſequantur,
  Sola tamen pacis fœdera ſervat Aqua.

At Tu Dux pariter Terræ Domitorque profundi,
  Componunt laudes cuncta Elementa Tuas.
Cui Mens alta ſubeſt pelagoque profundior ipſo,
  Cujus fama ſonat, quam procul unde ſonat:
Si currum aſcendas domito pœne Orbe triumphans,
  In currus aderunt Axis uterque Tuos,
Incluſam Populi Tua fert Vagina Salutem,
  Ut Lateri hinc poſſes ſemper adeſſe Tuo.
Tu poteras ſolus motos componere fluctus,
  Solus Neptunum ſub tua vinc'la dare.
Magna ſimul fortis viciſti, & multa: Trophæis
  Ut mare ſic pariter cedit Arena Tuis.
Nomine pacifico geſtas inſignia pacis,
  Blandáq; per titulos ſerpit Oliva Tuos.
Seſton *Abydos* amat; *Batavas* colit *Anglia* Terras,
  Inſula Te tanto facta Beata Duce.
Inſula quam Pelagus, ſimul & victoria cingit;
  Quæq; (quod his præſtat) Cingitur enſe Tuo.

I 2 ODE,

ODE,

AD

HENRICUM St. JOHN, Armig.

Authore J. PHILLIPS.

O Qui reciſæ finibus Indicis
Benignus Herbæ, das mihi divitem
Haurire ſuccum, & ſuaveolentes
Sæpe tubis iterare fumos;

Qui, ſolus acri reſpicis aſperum
Siti palatum, proluis & Mero,
Dulcem elaborant cui ſaporem
Heſperii, pretiúmque, Soles:

Ecquid

Ecquid reponam muneris, omnium
Exors bonorum? Prome reconditum,
Pimplæa, Carmen, deſidéſque
Ad numeros, age, tende chordas.

Ferri ſecundo mens avet impetu,
Quà cygniformes per liquidum æthera,
Te, Diva, vim præbente, Vates
Explicuit Venuſinus alas:

Solers modorum, ſeu Puerum trucem
Cum Matre flavâ, ſeu caneret Roſas
Et Vina, Cyrrhæis Hetruſcum
Rite beans Equitem ſub antris.

At non Lyæi vis generoſior
Affluxit illi; ſæpe licet cadum
Jactet Falernum, ſæpe Chiæ
Munera lætitiámque teſtæ.

Patronus illi non fuit Artium
Celebriorum; ſed nec amantior,
Nec charus æquè. O! quæ medullas
Flamma ſubit, tacitoſque ſenſus

Pertentat, ut Téque & Tua munera
Gratus recordor, Mercurialium
Princeps Virorum! & ipſe Muſæ
Cultor, & uſque colende Muſis!

Sed me minantem grandia deficit
Receptus ægrè ſpiritus, ilia
Dum pulſat ima, ac inquietum
Tuſſis agens ſine more pectus.

Altè petito quaſſat anhelitu;
Funeſta planè, ni mihi balſamum
Diſtillet in venas, Tuæque
Lenis opem ferat hauſtus Uvæ.

Hanc ſumo, parcis & Tibi poculis
Libo ſalutem; quin precor, Optima,
Ut uſque Conjux ſoſpitetur,
Perpetuo recreans amore.

Te conſulentem Militiæ ſuper,
Rebus Togatum. Macte! Tori decus
Formoſa cui *Franciſca* ceſſit,
Crine placens, niveoque Collo!

Quam

uam Gratiarum cura decentium
! labellis cui Venus inſidet!
Tu ſorte felix; me *Maria*
Macerat (ah miſerum!) videndo:

ria, quæ me ſidereo urens
bliqua vultu per medium jecur
Trajecit, atque excuſſit omnes
Protinus ex animo Puellas.

anc, ulla mentis ſpes mihi mutuæ
cunque deſit, nocte, die, vigil
Suſpiro; nec jam Vina ſomnos
Nec revocant, tua Dona, Fumi.

A D

AD

PHYLLIDA.

Per *nuperum Comitem* ROFFENSEM.

POſcis ut omne meum ſoli tibi ſerviat ævum?
Sed quod præteriit, jam deſiit eſſe: volucres
Aufugere dies, velut ægri ſomnia, quorum
In memori tantùm veſtigia mente ſuperſunt.

Nec magis in tempus ſpem projice, ſtulta, futurum:
Quod rerum naturà pareris nondum edidit id tu
Vis eſſe arbitrii, mea dulcis ineptula, noſtri?
Præſenti tantum momento ſors meà conſtat,
Quod, ſimulatq; meum eſt, Dominam te reſpicit unam.

Mitte ergo has nugas, converſos, *Phylli*, furores,
Et fluxam garrire fidem, & perjuria amantûm:
Hoc ſi momento, quod protrahat alma Dione,
In te noſter amor duraverit, ulterius nil
Humano generi dedit Indulgentia Cæli.

MUSCI-

MUSCIPULA,

Sive

KAMBROMYOMAXIA.

——————— Ἀπλωέες ἄνδρες
Καινοτέραις τέχναις ΞΥΛΙΝΟΝ ΔΟΛΟΝ ἐξεύροντο
Ἣν ΠΑΓΙΔΑ καλέουσι, ΜΥΩΝ ὀλέτειραν ἐοῦσαν!

ΟΜΗΡΟΥ ΒΑΤΡΑΧΟΜ.

ROBERTO LLOYD
Armigero,

COLL. MAGD. OXON.

Socio-Commenſali.

UM MUSCIPULA noſtra, in *Murium* ſolummodò Perniciem exco-;itata, mihimetipſi quoque in Damnum eſſerit; utpote quæ in Lucem prodierit lienis Maculis abundè inquinata: Nugas as, qualeſcunque ſint, novis Typis man-are potius viſum eſt, quàm Mendacis Præli ;rrata agnoſcere, æquè ac mea.

At vereor, *Juvenis dilectiſſime*, nè me *Li-ntiam* pluſquam *Poeticam* ſumpſiſſe credas, um tuo Nomine Opuſculum hoc auſim ;ornare, quod Iracundioribus quibuſdam ix in Patriæ tuæ Laudem confici videatur.

Hoc ſi ità foret, neque ego dignus eſſem, qui in Gentem tàm illuſtrem turpiſſimam facerem Contumeliam; nec Tu, qui eam in Te acciperes. Leviores autem ſunt hæ ludicræ Muſæ Exercitationes, quàm ut Famæ *Cambro-britannicæ* quicquam poſſent detrahere, aut ut Authorem

——————— *Seria ducant*
In mala. ———

Fatendum quidem eſt, me humilius Argumentum è Populo Laudis fœcundiſſimo cepiſſe, qui ſubliniores potiùs *Epico Carmini* Imagines, quàm ridiculo Poemati Materiam ſuppeditaſſet. Præterquàm verò quod inclyta *Cambrorum* Geſta *Jocoſæ* minùs conveniebant *Muſæ*; haud Fas erat ea Linguâ Latinâ deterere, quæ non aliâ aptiùs poſſint exprimi, quàm quâ ipſi utebantur *Heroes*. Summa tamen Excuſationis meæ (ſiquidem quibuſdam Excuſatione caruiſſe videar) hæc eſt; quod nihil aliud vellem, quam ut Antiquiſſimæ Gentis tuæ Dignitatem meritò oſtentatam vindicarem.

Jampridem *Græcia* furtivos, undecunque potuit, Honores ſibi arrogavit: Et parum contenta à *Chaldæis Aſtronomiam*, à *Phœnicibus*

bus Literas, à *Cretenſibus ſuum* pœne *Jovem* tranſtuliſſe, adinventâ inſuper MUSCIPULA imperfectam adhuc Gloriam voluit conſummâſſe. Cuinam idcirco *Britoni* Bilem non moveret, *Homerum*, qui haud ultra ter mille Annos abhinc ſcripſiſſe cenſetur, ſtupendam hanc Machinam nupero attribuiſſe Artifici, quæ longè vetuſtiori *Cambrorum* Aſtutiæ acceptam refert Originem? Hâc quidem de Causâ *Famæ* Gentis tuæ maturè proſpiciendum eſſe duxi, nè aut *Græci Cambros* tuos æmulâ Vetuſtate exuperâſſe viderentur; aut *Homeri* Faber ſuas à TAFFEIO veſtro Laudes ſurriperet.

Quùm verò *Cambri tui* ob tot eximia Facinora juſtè inclaruerint, nil mirere, ſi anxius hæream quibus *Te* præſertim Encomiis, *Mi chariſſime Condiſcipule*, celebrare Geſtiam. In quo, & Patriæ, & Gentilitiæ, Virtutes tàm ambiguâ commiſcentur Elegantiâ, ut augurari vix liceat, utrùm plus Splendoris, Familiæ, an Nationi Tuæ ſis allaturus. Obfirmatum in tuendis *Cambriæ* Tuæ *Juribus* Amorem, honeſtam in vindicandis Legum inſtitutis Pertinaciam, piam in conſervandâ *Eccleſiæ* Caſtiſſimæ Dignitate Fortitudinem, majores Tui Tibi derivârunt. Et quid non optimo Jure ſpondeat

ſibi

ſibi *Walliæ*; dum accreſcentem indiès præcocis Ingenii Gloriam non ſine ſummâ Lætitiâ prævideat; dùm hæc eximia Virtutem, Semina accurata *MAGDALENÆ noſtræ* Cura feliciſſimis excolat Auſpiciis.

Cùm dehinc ad ſubactam Maturitatem adoleverit Judicii Acumen, & inter majores Amicorum plauſus, tenuiores hæ meæ Laudes evanuerint; parvulum hoc mutuæ Amicitiæ Pignus, ſubindè aſpicere ne dedigneris. Neque ſis prorſùs immemor, aut mei, aut

Actæ non alio Rege Puer'tiæ.

Sum

Omni Obſequio,

Tibi devinctiſſimus,

Magd. Coll.
Oxon.
1709.

E. Holdſworth.

MUSCIPULA.

MOnticolam *Britonem*, qui primus Vincula *Muri*
Finxit, & ingenioſo occluſit Carcere Furem,
Lethaleſq; Dolos, & inextricabile Fatum,
Muſa, refer. Tu, *Phœbe* potens, (nam te quoq; quondam
Muribus infeſtum dixerunt *Smynthea* Vates)
O! faveas; & tot *Cambrorum* è Montibus unum
Accipiens vice *Pindi*, adſis, dum pingere Verſu
Res tenues, humiliq; juvat colludere Muſâ.

Mus, inimicum Animal, prædari, & vivere rapto
Suetum impunè diu, Spolii quà innata Libido
Juſſerat, erravit, ſceleratam exercuit Artem
Impavidus, ſalienſq; hinc illinc, cuncta maligno
Corrupit Dente, & Patinâ malè luſit in omni.
Nil erat intactum, ſed ubiq; domeſticus Hoſtis
Aſſiduus conviva aderat, non Mœnia Furtis
Obſtare, aut Vectes poterant ſervare Placentas,
Robuſtæve Fores; quà non data Porta, peredit
Ipſe ſibi introitum, Dapibuſq; indulſit inemptis.

Peſtis

Peſtis at hæc totum dum ſerpſit inulta per Orbem,
Cambria præcipuè flevit, quia *Caſeus* illic
Multus olet, quem *Mus* non, æquè ac plurima, libat,
Aut leviter tantùm arrodit, ſed Dente frequenti
Excavat, interiùſq; Domos exculpit edules.

Gens tota incenſa eſt ſuper his, Rabieſq; Dolorq;
Diſcruciant Animos, frendent, Juga ſumma pererrant,
Stare Loco ignorant, nam *Cambris* prona Furori
Corda calent, ſubitâq; igneſcunt Pectora bile,
Cum Digitis, credas Animos quoque *Sulphure* tinctos.

Ergò jubente Irâ, dignas cum Sanguine Pœnas
Sumere decretum eſt, ſed quâ Ratione Latronem
Tam cautum illaqueent, quo Vindice furta repellant
Incertum; neq; *Felis* enim tua, *Cambre*, tueri
Tecta, nec adverſis poterat ſuccurrere Rebus.
Illa quidem varias poſuit circum Ora Cavernæ
Inſidias, tacitoq; Pede ad cava Limina repens
Excubias egit; fruſtrà: *Mus* nempe puſillo
Corpore ſecurus, tantò & præſtantior Hoſte
Quo minor, intentum Prædæ ſi forte videret
Cuſtodem ante Fores, retro irruit, inque receſſus
Aufugit curvos, atque invia *Felibus* Antra:
Inde Caput metuens iterùm proferre, nec auſus
Excurſus tentare novos, niſi Caſtra moveret
Prædo, atq; omne aberat vigili cum *Fele* Pericl'lum.

Sic *Cambri* (*Cambros* liceat componere *Muri*)
Eluſere Hoſtes, cùm *Julius*, Orbe ſubacto,
Imperio adjecit *Britonas*; ſic nempè receſſit
Ad Latebras Gens tota, & inexpugnabile Vallum,
Montes; ſic ſua Saxa inter, medioq; Ruinæ
Delituit tuta, & deſperans vincere, vinci
Noluit; hinc priſcos memorant longo Ordine *Patres*,
Indomitaſq; crepant Terras, Linguæq; Senectam.

Felinos igitur poſtquam *Mus* ſæpiùs Ungues
Fugerat, & *Britoni* Spes non erat ulla Salutis
A Socio Belli, ſupremo in Limite Terræ
Concilium accitur, quâ nunc *Menevia* plorat
Curtatos Mitræ Titulos, & Nomen inane
Semi-ſepultæ Urbis; properant hinc inde frequentes
Patreſque, Proceresſque, & Odorum *Sulphure* Vulgus.

Tum Senior, cui ſæpè ſuis in Montibus *Hircus*
Prolixam invidit Barbam, cuiq; Ora Manuſq;
Priſca incruſtavit *Scabies*, ſpectabilis Aulâ
Stat mediâ, fractus Senio, *Poſtiq*; reclinis
Cambrorum vexato Humeris; & Gutture ab imo
Denſas præcipitans Voces, non, "inquit aperto
" De Bello, ſed Furto agitur; non exterus Hoſtis,
" Sed majus graviuſq; Malum, nimis intimus Hoſpes,
" Compulit huc Populum; dominabitur uſq; Tyrannus
" *Mus* petulans? Vos ergo, *Patres*, venerabilis Ordo,
" Quêis Patriæ pretioſa Salus, finite Dolores

" Conſilio tantos, & ſi Spes ulla ſuperſit,
" Propitias adhibite Manus ; ſic CADWALADERI
" Dum clareſcat Honos, veſtra hîc quoq; Gloria creſcet.

Dixit, & ante Oculos Fragmenta, & mucida tollens
Fruſtula, Reliquias Furti, Monumenta Rapinæ,
Exacuit *Cambrorum* Iras : Nunc æmulus Ardor
Vindictæ, nunc Laudis Amor, ſub Pectore *Patrum*
Ardet, inauditam meditatur quiſq; Ruinam
Muri, MUSCIPULAMq; ſtatim excudit omne Cerebrum.

At quidam ante alios notus Cognomine TAFFI,
Et magis Ingenio celebris, cui WALLIA nunquam
Æqualem peperit, *Faber* idem, idemq; *Senator*,
" Eximius, ſic orſus erat ; ſi Gloria Gentis
" *Caſeus* intereat, metuo ne tota Colonum
" Deficiat Cœna, & *Menſæ* Decus omne *ſecundæ*
" Divitibus pereat ; quoniam ergo *Wallica* Virtus,
" Et *Feles* nequeant ſuperare hæc Monſtra, fabrilis
" Dextera quid poſſit, quid Machina vafra, Doliq;
" Experiar ; *Dolus*, *an Virtus*, *quis in Hoſte requirit ?* Vir

Talia jactantem circumſtant undique fixis
Hærentes Oculis, ſperataq; Gaudia læto
Murmure certatîm teſtantur, & unde Salutem
Promiſſam expectent, rogitant, ardentq; doceri.

Ille

Ille Caput ſcalpens, (nam multùm ſcalpere *Cambris*
Expedit) horrendùm ſubriſit, & Ora reſolvens
Talia Verba refert: " Cùm feſſus Membra Quieti
" Heſternâ ſub Nocte dedi, & Sopor obruit altus
" Lumina, *Mus* audax ſectatus, opinor, Odores
" Quos non concoctus pingui exhalavit ab Ore
" *Caſeus*, acceſſit furtìm, & Compage Solutis
" Faucibus irrepſit, jamq; ipſa in Viſcera lapſus,
" Crudas Ventris Opes rapere, heſternamq; paravit
" Heu! malè munito furari è Gutture Cœnam.
" Excuſſis ſubitò Somnis, ſub Dente Latronem,
" Dum reſilire parat, prenſi, fruſtràq; rebellem
" Mordaci Vinc'lo aſtrinxi. Sic Carcere *Murem*
" Poſſe capi inſtructus, nova mox Ergaſtula, mecum
" Hæc meditans, ſtatui fabricare; Animoq; Catenas
" Effinxi tales, mihi quas ſuggeſſerat Oris
" Captivus. Mirum O! quali regit omnia Lege
" Dextra Arcana *Jovis!* Quàm cæcis Paſſibus errat
" Cauſarum Series! Nobis *Mus* ipſe Salutem
" Invitus dedit, & quos attulit ante Dolores,
" Tollere jam docuit; neve hunc habuiſſe Magiſtrum
" Vos pudeat, *Patres*; *Fas eſt vel ab Hoſte doceri.*

Hæc ubi dicta, Domum repetit, comitantur euntem
Plaudentes Populi, atq; benigna Laboribus optant
Omina. Tum celeri ſua quiſq; ad Limina Curſu
Nuncius it, Laribuſq; refert, quæ Munera TAFFI
Ingenio ſperanda forent; dumq; Ordine narrant

Omnia, dumq; Deis, ut tanta Incœpta ſecundent,
Vota ferunt, monitæ præſago Pectore *Feles*,
Plus ſolito luſere, & (ſi Fas credere Famæ)
Sub Manibus Matrum ſaliere Coagula Lactis.

Intereà TAFFI Manibuſq; Animoq; viciſſim
Inſtat magno Operi, & *Divinâ Palladis Arte*
MUSCIPULAM *ædificat*; fit Machina mira, novâq;
Induitur Vultûs Specie *Tragi-comica* Moles.

Quin age, ſi tibi, Muſa, vacat, Spectacula pandas
Infantis Fabricæ, & percurrens ſingula, totam
Compagem expedias. Quadrati Lamina Ligni
Summum imumq; tegit; Filorum Ferreus Ordo
Munit utrumque latus, parviſq; uti fulta Columnis
Stat Domus; Introitus patet inſidioſus, Amicum
Muribus Hoſpitium oſtentans; ſed deſuper horret
Janua, Perniciem minitans, tenuiq; Ruina
Suſpenſa eſt Filo; (uſq; adeò ſua Stamina *Parcæ*
Muribus intexunt, & pendent omnia Filo.)
In ſummo Tecti, mediaq; in Parte Tabellæ,
Stat Lignum erectum, ſciſſo cum Vertice, cui Trabs
Parvula tranſverſim inſeritur, juſtèque libratas
Utrinq; extendit Palmas, quarum altera quantùm
Deprimitur, tantùm annexam levat altera Portam,
Interiore Domo, per Tecti exile Foramen
Demiſſum pendet Ferrum, quod mobile ludit
Huc illuc facili Tactu; curvatur in Hamum

Infima

. Pars, Eſcamq; tenet; Pars altera prendit
ioſa Trabem extremam; at cùm ſenſerit Hoſtem
.es guſtâſſe Cibos, Mora nulla ſolutam
tit Portam, primumq; ulciſcitur Ictum.

ità diſpoſitis, pendentem protinùs Hamum
Inſidiis TAFFI, exitioſaq; *Muri*
limenta facit; ſed quò fragrantior eſſet
, & *Murem* invitaret longiùs, Eſcam
m torret Flammis, Vimq; addit Odori.

am Nox memoranda aderat, cùm feſſa Cubili
ra levans TAFFI, juxta Pulvinar amicam
CIPULAM ſtatuit, fidoq; Satellite tutus
it facili Somno. Gens improba, *Mures*
ri intereà exiliunt, Noctiſq; ſilentis
lio confiſi errant; tum Naribus acer
uidam, Dux eximius, Diis natus iniquis,
a inimica petit, quò grato Flamine toſtus
r allexit. Venienti prima reſiſtunt
ra, aditumq; negant; ſed turpem ferre repulſam
dignatus, Munimina ferrea circum
tat, & criſpat Naſum, introitumq; ſagaci
rat Barbâ; jamq; irremeabile Limen
ſſus, Votiq; potens, triſtem arripit Eſcam,
umq; vorat lætus, potiturq; Ruinâ.

TAFFI,

TAFFI, exaudito Strepitu, quem penduli Porta
Lapſa dedit, cubitò origitur, Thalamoq; triumphans
Exilit, impatiens diſcendi, quis novus Hoſpes
Venerat. Intereà furit intùs *Ridiculus Mus*,
Et Fronte, & Pedibus pugnat, jamq; intervallis
Clathrorum Caput impingit, Ferrumq; fatigat
Dentibus inſanis. Sic olim in Retia *Marſus*
Actus Aper, fremit horrendus, ſinuoſaq; quaſſat
Vincula, Ludibrium Catulis, diffuſa per Armos
It Spuma, arrectæque rigent in Pectore Setæ.

Poſtera Lux oritur, decurrunt Montibus altis
Præcipites *Cambri*, nam cunctas venit ad Aures
Res nova; quippe *Aſinus*, ſolitâ Gravitate remiſsâ,
Et jam Pigritiæ oblitus, laſcivior *Hœdo*
Aſcendit Montem, quâ *Cambriam*, diſſonus Ore,
Præconem ſimulans, ter rauco Gutture rudens,
Te celebrat, TAFFI, ter publica nunciat Amicis
Gaudia. *Bubo* etiam (*Cambrorum* dictus ab illo
Tempore *Legatus*) per Compita ubique, per Urbes
Totâ Nocte errans, Roſtrum ferale Feneſtris
Stridulus impegit, cecinitq; inſtantia *Muri*
Funera. *Parturiunt Montes*; atq; agmine denſo
Penbrochiæ multus ruit Incola, *Mervviniæque*,
Quiq; tenent *Brechiam*, & *Maridumi* Mœnia Vate
Inclyta *Merlino*; veniunt fœcunda *Glamorgan*
Quos alit, & *Vagæ* potor, rigidusq; Colonus
Gumbrici Montis. Tum circumſtante Coronâ,

Illudit

Illudit capto TAFFI, iratumq; laceſſens,
" *Nequicquam luctaris,* (ait) *damnaberis Aræ*
" *Victima primæ meæ, memoriq; hæc Limina tinges*
" *Sanguine; Spes nulla eſt, retrò fugientibus obſtant*
" *Non exorandi Poſtes: Dabis, improbe, Pœnas*
" *Pro Meritis, Vitamq; ſimul cum Carcere linques.*

Vix ea fatus erat, cùm Ludicra *Felis* aprico
Culmine deſilit Tecti, quò ſæpe ſolebat,
Cruribus extenſis, molli langueſcere Luxu.
Aſpicit inſtantem Captivus, & erigit Aures,
Gibboſoq; riget Tergo, nec Limen apertum
Jam tentare audet, ſed in ipſo Carcere ſolam
Spem Libertatis ponens, ſua Vincula prenſat
Unguibus hamatis, Pedibuſq; tenacibus hæret.
Excutitur tamen; & *Felis* rapidiſſima Prædæ
Involat, & fruſtrà luctantem evadere ſævo
Implicat Amplexu, crudeliaq; Oſcula figit.
Nulla datur Requies; agili Sinuamine Caudæ
Gaudia teſtatur Victrix, & flexile Corpus
Laſcivo verſans Saltu, modò Corpore prono
Attentè invigilat *Muri*, modò Colla benignis
Unguiculis leviter palpans, mentitur Amorem
Dum lacerare parat; verſâ ſic Arte jocoſam
Barbariem exercet, lepidâq; Tyrannide ludit.

At Nugis tandem defeſſa, nec ampliùs Iram
Diſſimulans, acuit Dentes, & More Leonis
Impaſti, incumbit Prædæ, & jam Pectore ab imo
Murmurat,

Murmurat, & tremulos Artus, & Sanguine ſparſâ
Viſcera dilaniat. Plebs circumfuſa Cruorem
Inviſum aſpiciens; lætis Clamoribus implent
Æthera; Clamoreſq; Echo, *Cambræ* Incola Terræ,
Læta refert; reſonant *Plinlimmonus* ardua Moles,
Et *Brechin*, & *Snowdon*; Vicina ad Sidera fertur
Plauſus, & ingenti ſtrepit *Offæ Foſſa* Tumultu.

Tu, TAFFI, æternùm vives; tua Munera *Cambri*
Nunc etiam celebrant, quotieſq; revolvitur Annus,
Te memorant; Patrium Gens grata tuetur Honorem,
Feſtivoq; ornat redolentia Tempora PORRO.

FINIS.

TENTAMEN
DE
Arte Poetica.

AUTHORE
Comite de MULGRAVE,
Regis nuper JACOBI II.
Hoſpitii Regii Camerario magno, à Secretioribus Conſiliis, &c.
Exinde Marchione Normanbiæ, Duciſque Buckinghaniæ.

Ex Anglico Latinè Redditum, per *J. N.* M. A.

M

TENTAMEN
DE
Arte Poetica.

'ter opes varias queis mens, humana ſuperbit,
Fert primam *rectè* ſcribendi gloria palmam:
: genus eſt ullum, ceu *fructum*, ſive *laborem*
ctes, (laus magna, at magno molimine conſtat,)
ıferri ex minima quod poſſit parte *Poeſi*:
ıtùm extat, *greſſuque* artes ſupereminet omnes.
procul à me ſit furor impius ille, profano
ptorum ut *vulgo*, pede ſi quis claudere certo
ſiculos poſſit, *tinnituque* impleat aures
barico, *ſacri* dem nominis hujus honorem.
ı vis plus juſtâ calefacti parte cerebri
ea ſufficiat, vani quæ ad fulguris inſtar
ſtringitque oculos, medioquè *extinguitur* ictu,
enii *verus* vigor, ac vena æmula Solis
rnùm nitet, ac *proprio* fulgore coruſcat;
ac rutilum condit caput inter nubila, victor

Continuò erumpit, mare, tellus, æthera rident.
Quò mihi *verborum*, aut *rerum* quoque lauta ſupellex?
Quò numerûm, dulciſque fluentes agmina verſus
A[illegible] ne vox raderet aures?
(Sunt *vulgi*, nec abeſſe feram, aut præſentia laudo)
Si *Genius* deſit, ſi non infuſa per artus
Mens agitet molem, & ſe corpore miſceat, ingens
Naturæ ſequitur ceu *nutum* machina Mundi?
Entheus ille calor percurrit ſingula, verbis
Major, & ingenio ſublimior, & *Genitorem*
Cœleſtem referens, oculis *impervius ipſe*
Cuncta *aperit*, *pingitque* omnes, neque *pingitur* ulli.

Nympha potens, hominum requies, divûmque voluptas,
Quas habitas ſedes? cerebri num credere fas eſt
Anguſto hoſpitio *tantum* ſe includere *Numen*?
Quóve *proterva* fugis, multùm *aſpernata* vocantem
Cùm te difficilem, *duramque* per otia ploro?
Unde redis? nec opinantem quâ lege reviſis,
Intentumque aliò, non dextro tempore cogis
Ad juga? tum pendent opera interrupta, *diei*
Languent *officia*, & ſpernuntur gaudia *noctis*.
Sentio jam — ſed *lenis* ades, cohibeque furorem:
Judicium ſine *natura* torpetque, jacetque;
Hæc ſine judicio tantùm eſt ſpecioſa *phreneſis*.
Judicio *acri* opus eſt, partes quod ſe addit in omnes,
Quod *mores* hominum, quod *res*, quod temperat *orbem*;
Nedum ut ſcribendi tenui in ratione gubernet.
Pluma velut calami, vel arundinis, illa volatum

Pro-

Promovet, hoc acuit ferrum, vi, pondere donat,
Hæc *cordi* arrepit, *mentis* ratio occupat arcem.

In varias hîc ut deſcribam carmina claſſes,
* Cum numeris, pedibuſque *ſuis*, cœpti exigit ordo.
Sed quis enim ſanus velit hoc decurrere campo
Per quem magnus equos || *Venuſini* flexit alumnus?
Illius auſpiciis ſcandas Helicona virentem,
Inſtruit exemplo qui vatem, moribus ornat,
Legibus emendat: *mendax* imitator, ut *Echô*,
Quid niſi verborum formas *manco* ordine reddit?
Solenne eſt, fateor, ſeniorum ſcripta profanâ
Compilare manu, [ſic vaſa argentea ſervi
Cùm furto abſtulerint permutant *ſigna*, *notaſque*,
Proque *ſuis* jactant] ſed quis ſibi cui pudor ac frons
Tam *miſeris* opibus tam inſigni fraude *placeret*?
Hoc jure & *Sophoclem* totum ſibi vindicet Actor,
† *Oedipodem* ſi tu tranſcripſeris Autor haberis,
Quantò is qui memori recitavit mente Theatro?
Verùm aliquos liquit vindemia plena racemos,
Fas etiam nobis acquirere pauca, *refixit*
Deſuetudo aliquas, tempus, nova crimina, leges
Procudère novas: ſic rerum *poſtulat* uſus.
Quid furto *hîc* Satyram, cui tot *patrimonia* paſcas?
Cùm vix ulla malis ſit terra feracior herbis?
Quot nec *Nilus* alit cùm incurſent undique *monſtra*?
Sed neque, *plebs vatum*, vobis *permitto timere*,

Nec

* *Diviſio Poematis.*
|| *Horatius.*
† *Pro quavis Tragædia.*

Nec *vacat*, aut *Satyræ* eſt morientes figere *muſcas*;
Deſtinat his operam, qui aliqua virtute *merentur*,
In melius flecti dociles, monitoribus æqui.

* *Carminibus* primùm fervent *hîc* omnia, gaudet
Carmine quiſque ſuo *Criſpinus*, *Apolline* nullo,
Nec mora, nec requies, cuicunque eſt obvius uſquam,
Ignotum triſtemve petens, diſcrimine nullo,
Enſe velut ſtricto *incurrit*, vimque *auribus* infert.
Hîc multos *brevitas*, *ſpecieſque* inducit hiantes,
Verùm alius labor expertis, ac fronte videtur,
Nec *tenerum* magis eſt genus, aut *operoſius* ullum.
Namque utì cum filo gemmas longo ordine nectis,
† (Dilectæ armillas, teretive monilia collo)
Mendoſas numerus tegit, ac vicinia; fiat
Annulus, hoc *unam* oſtentes, nubecula quævis
Apparet, vitiumque oculis ſubjecta *fatetur*;
Sic niſi cuncta nitent in carmine, ſordet; habenda
Verborum eſt ratio, ut ne *arceſſita*, lociſque
Mota, minùs *propria*, aut immodulata, *trahantur*.
Dictio ſit facilis, ſublimis carmine *ſenſus*,
Ut neque *ſerpat* humi ſtylus, aut mens nubila captet.
Cum ſenſum cum verba poliveris, altera cura eſt
Ut *lateat* labor, & *caſus* ferat *artis* honorem:
Tale unum oſtendas, & Phyllida ſolus habeto.
Præcipuè, & partes hæc regula ſpectat in omnes.

Fœda

* *Carmina propriè dicta vel Cantilenæ.*
† *Summæ artis cantilenam componere.*

Fœda procul *fugias, obſcœnáque nomina*; ſcurra
Ingenio defectus ad hoc decurrit aſylum.
Polluit ingenium ſic Vates nobile, *ſerus*
Qui ſapuit, *moriens* ſic *ſpurca* volumina flevit,
Ipſius ut credam *cenſuræ* ignoſcere Manes.
Non quòd circuitu blando *inſinuata* voluptas
Diſpliceat *ſenibus*, moveat faſtidia *caſtis*:
Verùm *immundities*, tanta eſt inſcitia, cœptis
Officit ipſa *ſuis*, congeſtum ut *inutile* lignum
Obruit inceptas cumulato *fomite* flammas.

* Inſurgit graviore tono gravioribus aptus
Materiis *Elegus*, *virtutis* pangit honores,
Ingenii, *formæ* decus; & ſolátia *luctûs*
Exigua, heu! *ſpretos* quoties deflevit *Amores*!
Nequicquam, nam quæ lenita eſt fœmina verſu?
Mentis inops ſtolidos, *variis* mutabilis ipſa,
Abſurdos ſine *corde* ſonos, ſine *mente* figuras,
(Tetrior haud *Stygiis* peſtis caput extulit undis)
Ultrò ambit mulier, *mulier ſe agnoſcit* in illis.
Sed melius meritis laudi eſt cenſura nocentum,
Arrogat & pretium *vilis* plebecula *paucis*:
Quæ favet ingenio, quæ *vatem* cernit *inepto*
Æterno illam Elegus donabit gratus honore,
Cedet *Laura* loco, dediſcet fama *Corinnam*.
Sed quò tranſverſum, quæ nunc per *devia* raptas

Im-

* *Elegi.*

Improbe Amor? ſine me ſpatiis decurrere cœptis,
Non equidem in genere hoc vel *vim* vel *verba* requiro;
Noſtratum hæc laus eſt, ſed adhuc majore caremus;
Flumineos quanquam vincas *dulcedine* cygnos,
Et proprios habeant vel *diſticha* cuncta *lepores*,
(Qualia plura, brevi peritura, per ora feruntur)
Si *junctura* deeſt, junctis ſi partibus *ordo*;
Altior it ſenſim, ni copula quæque priori;
Ut qui *fallenti* ſcandit viridaria *clivo*;
Nitenti in plano ſimilis, ſimul ardua ventum eſt
Proſpectum attonito circumſpicit ore, ſtupetque
Inſcius ad tantum ſe perveniſſe *cacumen*:
Hoc *Epigramma* voces, des nomen quodlibet illi;
Non eſt artis opus, non eſt *Elegia*, quali
Flexiſti rigidum, * vates divine, tyrannum:
Infenſos || alius proceres, Regemque ſuperbum
Colliculo in celebri manſura in fœdera traxit.

Ut Bellator equus ſonitum ſimul arma dedére
Hûc proſultat, & hûc, micat auribus, & tremit artus;
Ipſum *equitem* terret tanquam excuſſurus in auras,
† *Pindarica* attonitum ſic verſent *œſtra* Poetam:
Is *furor* eſt Muſæ cum implevit mentem animumque:
Æmulus hîc veterum ‡ novus omnia puncta tuliſſet,

|| Pin-

* *Panegyris Walleri Cromwellio dicata.*

|| *Poema Denhamii equitis elegantiſſimum*, Coopers-hill *dictum, prope Windſoriam, ubi celebris quæ vulgò Magna* Char*ta vocatur, ſignata fuit.*

† *Pindarica.*

‡ *Couleius.*

* *Pindarici* fontis qui non expalluit hauſtus;
Si non *vulgari* percuſſa, heu! verba *monetâ*
Detraherent pretium manſuræ in ſæcula venæ.
Inſanire quidem *licet* hoc in carmine, verùm
Inſanire *decet* certâ, ratione, modòque.
Vehementes ſenſus, liquido ſed flumine verba
Lucida procurrant; ſin hâc in parte ſeverus
Exactor videar, *naturâ* conſtat, & *uſu*.
Hoc opus, ingenium campo dominatur aperto;
Et data *Pindaricæ*, ſumma indulgentia Muſæ.

|| Cùm neque *mos*, neque *lex*, torva aut *ſapientia* proſit,
Labenti in pejus *Satyra* ſuccurritur orbi:
Hæc docet exemplis animos, dum pectora mulcet,
Venam aperit *ridens*, & *grato* vulnere ſanat.
Dicta prius non hîc repetendum tollere paucos
Contentis ſolùm dilecto è corpore nævos.
† Huic non eloquium, non lecta vocabula curæ,
Materiam *rigidam* parili ſermone notanti;
Ille merum è plauſtro jactat pus, atque venenum;
Stultus utriſque labor; nunquam hæc te regula fallet,
Ut Stylus, & cultus, ſit ſplendidus, atque virilis,
Læviaque immanes commendent carmina ſenſus.

* *Lemma præfixum Pindaricis Odis Couleii.*
|| *Satyra.*
† *In Satyra verborum & numerorum ratio habenda.*

Si latrare ſatis, ſi rodere dente canino,
Quî *Satyrum* infami poteris dignoſcere *Scurrâ*?
Aut iram ponas, aut diſſimulare memento,
Invitus videaris ad hanc deſcendere partem,
Occultaturi ſpeciem des crimina promens,
Sic rem conficias tanquam inter vina jocoſus
* *Arbiter, alta ſedens ludentis vulnera dextra.*
Sic ubi Rivalem ſpernis, vel laude malignâ
Effers, imponit probitas ſimulata puellæ.
Indivulſa comis hîc hæret laurea || vati
Stigmate qui *Bavium* manſuro in ſecla notavit:
Ille olim † *felix alieno* vulnere, eundem
Et Satyris *propriis* quandóque meretur honorem.
Pegaſus aſt humiles ſi ſe ſummittit ad uſus,
Serpit humi, indignum, celeres neque commovet Alas.
Jamque opus emenſos mediâ plus parte Quadrigas
Siſte parùm; major rerum tibi naſcitur *ordo*:
Ut de Caucaſei Jovis ales vertice ſaxi,
Sive fames jubet, aut cœli inclementia ſedes
Explorare novas, tepidúmque inviſere Solem;
Longum iter, & pennis luctantes cogitat Auſtros,
Metiturque oculis ſpatia, & circumſpicit alas;
Mox ubi propulerit vigor, & nova gloria cœpti,

In-

* *Petronius.*

|| *Drydenus celeberrimus Poeta Anglus, in Satyra facile princeps.*

† *Falsò ſuſpectus, vulneratus, & laudatus ob Poema Satyricum cujus reverà auctor non fuit.*

Indignans terram repulit, jam jamque videri
Deſiit, & nimbos ſuperans latet æthere toto?
Sic, impar licet, aggreditur Muſa aſpera dictu,
Invidiam * Cathedris, odium motura Poetis;
|| Illis ira modum ſupra eſt, læſique venenum
Morſibus inſpirant, ſed quis ſuccenſeat æquus
Frænanti audaces, dociles meliora monenti?
Quid age & inſanis paulum adſis, diva, *Theatris*.
Principio, veteres quæ præcepêre Magiſtri
Ut perſona, locus, res, hora cohæreat aptè,
Sunt hæc nota ſatis, ſed, quæ infortunia Legum,
Obſervata parùm, ad communia ſcripta relego,
Sat noſtros vix tacta aliis monuiſſe Britannos.
† Si viſum ut *Solus* quid ſecum diſſerat *Actor*,
Sit breve, ſit graviter commoti; ita flagitat uſus
Communis vitæ; noſter, cùm deſit Achates,
Arcanos geſtit podio omni credere ſenſus;
Nec refert, ſi ſub ſpecie narrantis *amico*,
Enarret nobis; fluere ex *re* occaſio debet,
Ut *tandem* miſeros cùm *Phædra* fatetur Amores.

‡ Exultat bona pars *juvenilibus* uſque Figuris,
Naturam ſpernunt, ſpernit Natura viciſſim,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga *fuci*:

* *Remittit Horatius Demetrium Tigellium ad Diſcipularum Cathedras.*
|| *Dictum de apibus apud Virgilium.*
† *De Soliloquiis: ut brevia, & rara ſint.*
‡ *De Figuris & Metaphoris.*

* His locus eſt cum triſtem hyemem, fluvioſque rapaces,
Aut lucum, & rivos, vel amœna roſaria *pingis*.
Sed cùm *declamat ſummus dolor, ira perorat*,
In numerum *cantat ſpretus, moribundus* Amator,
Quem non hæc lapidem moveant? quàm *flebilis Heros*,
Vitam exhalanti cui jam *vacat* eſſe *diſerto*?
Dicta ſeni in *cymba* jacit importuna *Charonti*.
|| Verùm in Colloquiis cornicum lumina figunt.
† Tùm verò *ludit rabies, luctuſque cachinnat*:
Utque vices variant *pueri* ſuper ære canoro,
Sive lubet magis ex compactâ ſubere plumâ,
Illa volat, volitatque, volat volitatque per auras,
Itque reditque viam *toties*, ſtupet *inſcia* turba,
Impubeſque manus, mirata volatile *ſuber*;
Mutua ſic *Tragici* ludunt; quis talia ſpectans
Temperetê *plauſu*! ſed quo vos nomine dicam
Naturæ, ac ſanis jurati ſenſibus hoſtes?
‡ Fac, actor, *rythmo immoriare* Tragœdia *bella* eſt:
Communis ſenſûs cùm ſit ſcintillula, mille
Artibus ac miſerum liceat cùm extundere victum,
Quæ verſant *furiæ*, ut *mendica infamia* vobis,
Ut *contempta fames* placeat? quæ plurima turba
Ignorant olei quanti *drama*, atque laboris;

Ingenii

---

* *Iis locus eſt ferè ſolùm in Deſcriptionibus.*
|| *Objecto.*
† *Reſp.*
‡ *Ironicè.*

Ingenii felix, verborum flumine puro,
Qui legit *veteres*, *aulam* perſpexit, & *urbem*,
Quin & *Naturæ* rimans penetralia ſenſus
Eruit arcanos, *novéque* hinc miracula promit:
Ille onus hoc lætus ſubeat, ſperetque *repoſci*,
Invidiam ſpernat, *Criticis* medium exerat unguem.

|| Ut rectè, ut propriè roget, ac reſpondeat Actor,
Socraticæ ſolæ poterunt oſtendere chartæ:
Tantùm non latuit *Romam* ars, vix cognita noſtris,
Nequicquam obnixis vitioſo *emergere ſæclo*.
Hîc tamen, ut patriæ meritos ſolvamus Honores,
Dirigit obſcuros vatûm † par nobile greſſus,
Sublimes, quantùm non noxia tempora *tardant*,
Incultique *hebetant* mores, *perituraque* lingua:
Feſſa tamen recreant *alienis* pectora curis,
Vel * *Craſſo* excutiant riſum lachrymáſque ‡‡ *Catoni*.
Nocturnâ hos verſate manu, verſate diurnâ,
Spectate interdum, ſeris legite inde lucernis,
Æra periti auro, *tumidumque* abſcindere *ſoldo*.

** *FABULA* contulerit multùm meditata potenter,
Illecti hâc ſolâ nonnunquam *aulæa* manemus.

Stoi-

|| *Precepta & exempla Dialogorum* à Socraticis, Lucianóque *petenda*.
† Shakeſpear & Fletcher *præſtantiſſimi Poetæ Dramatici apud Anglos*.
* *Qui nunquam riſiſſe perhibetur, & inde cognomentum imbuit*.
‡‡ *Vetitum Stoicis flere*.
** *De Fabula*.

Ruſticus Urbani ſpeciem fert, *ſervus*, *honeſti*,
Non *ſua dicta* crepat, *ſubitóque* ut numine plenus
Morio quiſque *ſapit*: niſi quadrant dicta loquentis
Perſonæ, riſum moveas mihi forte, ſed ipſe
Rideris, *Scriptor*: curâ ipſa enaſcitur error,
* Cum ſalibus nimius laſſas onerantibus aures,
Sedulitate *urget*, movet ac *faſtidia* vates.
Exprimat ut *mores* caput eſt, tum deinde *Lepores*
Inſpergat Parcus, cum *lumine miſceat umbram*.

‖ Sed quia quos fugiunt præcepta, exempla movebunt,
Ecce brevi in tabula, ne poſtera neſciat ætas.
Ora habitúſque virûm, noſtris quæ forma *poetis*:
Inverſos ſenſus, Scenæ ac portenta videre eſt.
Lampades ut primum accenſæ, ac aulæa recedunt,
Soliloquus longum *placidò* ſermone *perorat*,
Et tenui eventus cunctos examine *librat*;
Conticuit ſimul is *tandem* (*quæ cura decoris*)
Ad *litui* ſonitum *fugitans* inducitur heros:
Obvius hîc *Nymphæ* (*miranda potentia fati!*)
Deperit intuitu primo, raſiſque dolorem
Antithetis probat, & turbati pectoris æſtus.
Cum ſubito infelix caſus divulſit Amantes,
Ignotus nobis, (*ſcit vates omnia*) ſolus,

Æger,

* *Modus dicteriis adhibendus.*
‖ *Imago ridicula Tragœdiæ recentioris.*

* Sit limata licèt tenuem comœdia ad unguem,
Non tamen hic operum finis; ſæpe actor agetur
Ipſe, docendus uti geſtum addat ſenſibus aptum;
Si piget ad tenues animum ſubmittere curas,
Immerita ingenuos occident Sibila Vates.

‖ Si nova difficili perſona addenda Theatro,
Non unum effinges † Criſpinum, ac ſimulator in arctum
Deſilias, ales proſtrata cadavera ſpernit
Nobilis, inſultat ferali carmine *bubo*,
Vulgare eſt Monſtrum deriſor ineptus inepti.
Verùm ut apes pictis in ſaltibus omnia libant,
Mel inde, hinc ceras, & miſcent utile dulci:
Perſonam ex multis ſic texas ſedulus unam,
(Eſt ſeges ampla ſatis, *vati* & *reſpondet avaro*:)
‡ Fert palmum hic, ſenſa ut promam liberrima, Miles,
Helluo, vanus, adulator, comes uſque facetus.
Illo gaudet eques, *vicies* repetitus amatur,
Vix anteacta parem, vix poſtera proferet ætas.

Sæpe & ſic venâ *rapitur* torrente Poeta,
Ingenii ut *fatuas* perſonas flumen *inundet*:

Ruſticos

---

* *De Actoribus formandis.*
‖ *De Characteribus Novis ut ne Comœdiæ Veteris in morem unum quemvis deſignent.*
† *Pro quovis inepto.*
‡ Falſtaff *celebris character Comicus apud* Shakeſperum.

Italici cantus, puerilis *nænia* rythmi,
(Imbecilla nimis ruituri fulcra Theatri)
Langueſcunt; quid apud ſeros valitura nepotes?
Quondam etiam *illuſis* redit in præcordia ſenſus.
* Jam tandem *Aonii* prærupta per ardua montis
Aerium laſſo juvat inſediſſe cacumen.
Secreti hìc *Epici* Divûm potiuntur honore,
Luctanteſque infrà *tranquillo* lumine rident.
Quis dubitet cunctas *Epico* quin carmine vires
Exerat, ingenio metas figatque ſupremas,
Rerum *ſancta Parens*, cum poſt tentamina mille,
Innumeros *niſus* poſt temporis infiniti,
† Vix tandem ediderit *binos*? ſacer horror in ipſis
Nominibus, neque enim eſt *ea* fas proferre profanis.
Quantùm *Atlas* nanum tranſcendit corpore, quanto
Delirus ſapiente relinquitur intervallo,
Tantum inter cunctos extat *par nobile* fratres:
Fama *ambit*, *Favor*, ac *plauſus* comitantur euntes.
Forte & in æterna jacuiſſent ſecula nocte
Inſcia quâ fierent arte hæc miracula, vaſtas
Indus uti pelago ſpectans innare carinas,
Si non || *Boſſutius* ſacros penetrare receſſus
Auſus, qui numeri, pandens, quis carminis ordo,

Unde

---

* *Poema Epicum.*
† *Homerum & Virgilium.*
|| *Criticus Gallicus celeberrimus.*

Unde parentur opes, & quâ virtute ſubacto
Semina miſſa ſolo caput inter nubila condant.
Certe aliquis Divûm, noſtro qui conſulit ævo.
Per *Labyrintheos* texit veſtigia flexus.
Strata via eſt, nemon' carpit duce, & *auſpice* tanto?
Quid juvat *Heſperidum* heu! *dives proſpectus* in hortos,
Si vetitum, ut *ſacros*, neque mens decerpere fructus!
Quis cunctas, animi felix, complectitur artes?
Quis rationem, *audax cautè*, ſuperevolat ipſam,
Æthereumque regit *certo* moderamine curſum?
Judicium ingenio quis miſcuit arte *Maronis*,
Nuſquam deficiens, nullâque in parte redundans?
Qui conferre poteſt quod non * *Davideidos* auctor,
|| *Primævi* aut *meliùs* cecinit qui fata *Parentis*,
† Vel *Solymas* captas, ‡ vel qui celebravit *Eliſam*,
Incipiat, ſed plura manent, quæ viribus *iſtis*,
Et tenui venâ nos ut majora *tacemus*.

---

* *Couleius.*
|| *Miltonus.*
† *Taſſo.*
‡ *Spencerus.*

F I N I S.

$\frac{b}{c}$

$\frac{a}{r}$